

Cubitus est sesquipes, puta ea longitudine, quae a flexu brachii porrigitur usque ad extremum digiti, qui index vocatur, continetque 24 digitos, sive duas spithamas, estque quarta pars staturae hominis, quaeque enim homo rite formatus, habet in statura quatuor sui cubitos, adeoque tantus est, quanta est expansio brachiorum eius: brachia enim complicata in cubito, sive in digito indice contingunt, faciunt quatuor cubitos, quae est statura cuiusque. Consequenter, cum cubitus sit sesquipes, sequitur, quemque hominem, uti sui cubitos habet quatuor, ita & sui pedes habere sex in statura.

Ita S. Hieron. Vitruvius, & passim alii: unus Aleazar, prop. 9. multis probare contendit, cubitum in S. Scriptura non esse quartam, sed sextam partem humanae staturae: quia censet cubiti nomine non comprehendi manum, sed tantum os illud, praecipuum, ab ima manu ad brachii usque curvaturam extensum. Addeque sex tales cubitos facere calanum, indeque calanum vocari mensuram hominis, id est staturam humanam, Apocal. 21. 17. Rursum, hunc cubitum esse duplicem; primum esse antiquum Adami, & primum illorum magnorum hominum, qui contineat digitos Romanos 18 2/3 sitque penes aequalis pedi Romano: hic enim sedecim praesens digitos continet. Secundum esse posteriorem, & minorem S. Scripturae mensuram pedibus 14 2/3, atque hoc minorem S. Scripturae mensuram lateres, & mare aeneum. Verum a communi aliorum omnium sententia recedendum non esse, censet.

Palmus, hebr. כַּמָּרְסָא, est spatium 4. digitorum transversum spatium.

Tres palmi complent palmum extensum, qui spithama dicitur.

Spithama, hebr. אַרְבָּעָה אַצְבָּעוֹת, est spatium, quod distenta manu inter pollicem, & indicem interjacet, continetque 24. digitos transversos.

Passus, est spatium quinque pedum.

Dimidium passus est Gressus, qui continet duos pedes cum dimidio.

Pes Romanus continebat quatuor palmos, id est sedecim digitos Romanos transversos, quantitatem eius vide expressam apud Aleazar. l. de mensur. pag. 8.

Milliare a mille passibus deductum est, continet octo stadia Stadium continet 125. passus, id est pedes 750.

Mercatura. Mercator.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Mercatura Graece ἡμροπία, ἡμροπος, mercator, & ἡμροπία, mercor dicitur. Hebr. Mekeer, a verbo Makar, seu Machar, vendidit, inde Marchant, mercator, mercatura, & Secorab, avar Item a verbo Saacar, circumvit, ut solent mercatores, & negotiatores perambulare multas regiones, mercaturae, & lucri gratia.

Mercatura olim gloriosa fuit, cujus opere cum barbaris consuetudo, amicitiae cum regibus conjungerentur, peritia multarum rerum paratetur: nonnulli mercatores civitatum magnarum conditores extiterunt: Plut. in Solone. Est autem triplex mercatura, scilicet, Navigatio, Devictio, id est, Feneratio, & Negotio secund. Arist. l. 1. Polit. Negotio de se non vitiosa, licet habet turpitudinem: Ideo licita est, si sit ad finem honestum, vel necessarium, id est, quod negotiator lucretur, moderatè scilicet, vel ad suae familiae sustentationem, vel pauperum, vel communitatis, si in seculo iusto contractu, & non ad causam. secund. B. Tom. q. 77. art. 4.

Mercatura dicitur a mercor, illud verò à merco, est enim mereri, gratia aliquid operari: unde merere, militare. Lucanus: Aere merent parva. Differunt autem merx, & mercatura, quod merx est species ipsa, quae emitur, venditurque, à quo mercionium, & commercium, quasi contractio quadam mercium, veniunt. Mercatura verò est actus ipse emendi, & vendendi merces. Mercem Varro à merendo aere dictam vult: merces appellatio, ut vult Ulpianus, ad res tantum mobiles pertinet.

Horatius lib. 1. Epist. 1. Impiger extremos currit mercator ad Indos, Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes. Sic, & inter Graecos Comicos repetitur hic versus: Εἰς ἄκρον ἰδὲ κρητὸς ὄραυ ἰσθῆνα, Ἐν ἑὸν πῆμα ἴσθῆνα ἄκρον ἰσθῆνα.

INVENTORES. QUI, QUALES. FINIS. ACCIDENTIA, &c. Quae in locis de Commutatione, & Inventione.

STUDIUM, ET CULTUS MERCATURAE.

PSANMETIYCUS, primus Aegyptiorum Regum caeteras nationes ad importanda, quae apud se erant, alexit, securitate singulis ad utentibus praebita. Diod. l. 1. c. 5.

Graci mercaturae studiosi fuerunt. Propter ea Cyrus Persarum Rex, cum Legati Spartarum cum de bello Ionibus inferendo munitibus dehortarentur, dixisse fertur: E quibus non extimui unquam homines tales, quibus esse locus in media urbe apertus, ad quem collecti, mutuis ipsi sibi iuramentis imponunt. His (si modo Superi me servaverint incolentem) non locum, sed sua propria incommoda erunt defendenda. Hic in universos Graecos verba detorsit Cyrus, quia fora ampla haberent, in quibus emptione, ac venditione uterentur, cum Persae, agriles adhuc, & militares nullis mercenariis uterentur. Herod. l. 3.

Uti hodie permanet in Syris ingenitus negotiationis ardor, qui per totum mundum luem cupiditate discurrunt: & tantam mercandi habent vesaniam, ut occupato nunc orbe Romano, inter gladios, & miserum necesse quantant, divitias, & paupertatem periculis fugiant. Hieronymus. l. 8. in Ezechielis c. 27.

AUGUSTO CAESARI forte Puteolanum sinum praetereventi victores, nautaeque de navi Alexandrina, quae tunc quidem appulerat, candidati, coronati, & thura libantes, fausta omnia, & eximia laudes congefserunt. Per illum se vivere, per illum navigare, liberate, atque fortunis per illum frui. Quae admodum exhilaratos, quadragenos aureos comitibus dividit iusque jurandum, & cautionem exegit à singulis, non alio datum summam, quam in emptionem Alexandrinarum mercium absumpturos. Suet.

Anno 1336. Anglis placuit providere, ne opes, quae mercium usu in dies singulos in insulam inferebantur, aliquando dissiperentur. Itaque lege exceptum est, sub Edovardo III. ut nemini, neque Anglo, neque homini externo, liceret in posterum tempus, aurum, argentum calatum, sive signatum, de regno in continentem exportare. Quo factum est, ut mercatores extranei mercium suarum precia coacti sint in alias mercis infumere. Decretum istud etiam nunc servatur, perpetuum uti regno utile ab aliis, qui secuti sunt, Regibus. Polyd. l. 19.

HENRICUS VII. Anglorum Rex, regnum rebus omnibus longe locupletissimum reliquit, quod planum praeter caetera fecit immensis auri pariter, atque argenti copia, quae in annos singulos, in insulam importata est à mercatoribus, ultrò citròque commentibus, quos ille saepenumero pecunia ad tempus gratuita juvabat, ut mercatura, ars una omnium cunctis aequè mortalibus cum commoda, tum necessaria, in suo regno copiosior esset. Polyd. l. 26.

Mercatores avari, iusti, divites. Peto ex Tit. Virtutum, & vitiorum eorumdem.

ODIUM MERCATURAE. Require in loco de Mechanicis Artibus. Tit. Odium, &c.

Merces.

MERCEDIS.

Perfoluta pro varia opera impensa. Quae Locum de Divitiis Tit. Divitiarum acquisitione respectu forma considerata. S. Merces data opera Literariae, &c.

Mercenarii.

QUI, ET QUOTUPLEX VOCIS USURPATIO.

Mercenarios substantivè vocamus generatim omnes, qui propter mercem operam suam alicui praestant. Mercenarius Graecè. Repugnant autem, esse gratuitum, & esse mercenarium. Unde Cicero 1. de legib. Quid libertas, & gratuita est, an mercenaria? Si sine praemio, benigna est, & gratuita: Si cum mercede, conducta.

Communiter Mercenarios dicimus, qui Magistratum, vel munus aliquod deserunt, mercede ad id conducti, & habet possitimum locum in illis, qui ad regimen animarum adflicuntur, illudque suscipiunt non propter Christum ipsum, omniumque salutem, sed propter solam mercedem, aut saltem, praecipue propter illam.

Colligunt ex verbis Christi distinguunt inter Pastorem, & Mercenarium, hoc maxime, quod non sit pastor, nec sint oves illius propria, unde dum videt lupum venientem, fugit, quia mercenarius est, & non perit ad eum de ovibus. Joan. c. 10. Non pastor, sed mercenarius vocatus, ait D. Gregorius.

videt Hamil. 14. in Evangel. qui non pro amore in ovem oves dominicas, sed ad temporales merces pascit. Redè Thomas Staplet. in Prompt. Dominic. pars. I. Item. 2. post Pascha 1551. 3. Dicit mercenarium esse in stat. Advocati conductum, & avari, qui clientis causam perfectorie agit, quia ad eum non pertinet, sive cadat, sive obtineat. Talem describit Ezechiel, c. 34. Locum debebat, & lanis cooperiebant, gregem autem non pascebatis.

Est autem duplex huiusmodi Mercenarius. Alter ex fine, & oculo: alter aperte flagitiosus. Prior est, qui spe lucri, ac honoris pascit, ac sine scandalum vivit. Posterior, qui etiam conversatione sua nocet. Priores Christus describit Joan. 10. nempe, qui plus opes diligunt, quam oves: & per occasionem, ut ait Paulus Philipp. c. 1. Christum praedicant, non propter bonam voluntatem, id est, charitate. De posterioribus loquitur Matth. c. 14. cum de Pharisaeis dicit: Quae dicunt facite: quae autem faciunt, nolite facere. Dicunt enim, & non faciunt.

Pleraque petantur ex loco de Pastore. * MERCEDEM CONTEMNERE. Vide supra Locum de Medicina.

Quamvis natura duce cubitio bono operi sua debeatur merces, eam tamen charitatis intuitu crebrius recusant in terra viri sancti, qui ampliores, magisque securam in coelis preparatam reperiunt. Unde Hilariion, Orioni sibi done ostentem quod demontium phalange cum liberasset, dicebat: Non legisti quod Giezi, quid Simon passus: cumque Orion flens diceret: Accipe in usus pauperum, respondit: Tu id rectus praestitisti, qui urbem indies obambulas: ego qui reliqui mea, cur appetam aliena? Ex Hieron. in vita, L. Beverlinck in Apoph. Christ.

Ita in Sicilia cuidam sibi auri pondus danti, quod gravi cum morbo curasset, depremebat eam Domini sui vocem: Gratias acceptissis, gratis date. Ibid. c. 14.

Pari constantia S. Leonardus, oblatam à Regina Galliae mercedem, quod cum precibus difficulti partu liberasset, tenuit: offerentiae Regi, Nequaquam, ait, illis mihi opus, nihil enim defuturum est ei, qui omnium opifici libenter servit, cum ipsa veritas dicat, Quae sit primum regnum Dei. Ex Jacob. Januensi. idem.

S. MAR TINUS Episcopus Leonii cuiusdam familiam contagio morbo divina adiutus ope liberat, qui, cum pro beneficio centum argenti libras rependeret, recusat accipere, & cur indignati comites. Ad quos Marcus, Nos, inquit, Ecclesia & pascat, & vestiat: dummodo nihil vobis nostris quefisse videamur. Sulpit. in vita.

* EXIGERE, SOLVERE. ANTISTHENES incitogatus, cur tam paucos haberet discipulos, inquit: Quomodo depello illos virga argentea. Sentiens idè paucos venire quod magna mercede doceret: vulgus autem magis amat pecuniam, quam sapientiam, & hinc Socraticus exclamavit: Scire volunt omnes, mercedem solvere nemo.

Dictum Antisthenes extat apud Laert. l. 6.

POLEMON, ZENO Citius, ubi jam in Philosophicis aliquantum proficisset, non tamen contentus esse voluit: sed ad Polemonem, ut in Dialecticis exerceret, commebat. Unde Polemon dicitur solutus est: Sat scio, & Zeno, te per posticum irrepere, & furari dogmata, quibus Phoenicum more inducus est. Notavit hoc dicto Zenonem, qui furum, & gratis à praepceptore discere volebat, ut aliis postea multa mercede venderet. Laert. l. 7. c. 1.

ISOCRATES saepenumero dicitur olitus est, se quidem discipulos decem docere minis, ceterum qui ipsum docuisset audaciam, & vocalitatem, mercedis loco daturum decem millia, vocis enim exilitas, & animique timiditas reddebant Isocratem inutilem ad dicendum. Erasmus. Roter. l. 8. Apoph.

* DEFRAUDARE.

EX S. SCRIPTURA.

Tobias docuit filium suum, dicens: si quis tibi aliquid operatus fuerit, statim reddes ei mercedem. Et merces mercenarii tui non manebit apud te usque mane. Tobie c. 4.

Sub quo crimine apud intelligitur ille, qui minus æquo persolvit. Equè unum e peccatis, quae in calum clamant, id est iram, & divinum iustitiam provocant.

Nam & in Deuteronomio legimus, Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, sive advencus, qui tecum moratur in terra, sed eadem die reddes ei pretium laboris sui ante solis occasum, &c. ne clamet contra te ad Dominum, &c. c. 24. l. 7. c. 13.

Ideoque tanquam de crimine maximo se curavit purgari Job, ut eum interpretatur Beda, & Carthusianus; dum dixit: Si adversum meam terram me clamat, & cum ipsa loci ejus delicta: si fructus ejus comedi absque pecunia, & animam agricolarum afflixit: pro frumento oriatum mihi tribulus, & pro tritico spina, c. 31.

Ecclesiasticus quoque, Panis egentium vita pauperum est: qui illum defraudat, homo sanguinis est, c. 34.

Jacobus denique c. 5. Epist. sua, Ecce merces operariorum, qui messuerunt Regiones vestras, quae fraudata est à vobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introivit.

HISTORICA.

Conversus quidam de Cynna, quae domus est Ordinis Cisterciensis, cum die quadam missus ab Abbate suo navigio transiret per fluvium Albim, qui fluit per Saxoniam, nauta ab eo nautum exegit. Qui cum diceret, nihil se ad manum habere pecuniae, respondit ille: Date mihi pro pignore singulum, vel culcillum vestrum. Non possum, inquit, carere his, & adiecit: Ego promitto vobis cum ordine meo, quod dimidium denarium vobis remittam, & remitteam nauta. Recedens ab eo conversus, eò quod res modica videretur, promissum parvi pendit nihil remittens. Non multo post infirmatus, cum omnibus, qui aderant, mortuus videretur, anima egressa cum ad requiem ascendere vellet, praedictum dimidium denarium, cuius in confessione non meminisset, ante oculos habebat, qui adeo crevit, ut mundo major videretur: cumque sursum nitenti semper obfisteret, neque aliud esset, quod impediret, ad Angelorum petitionem permissa est redire ad corpus. Mirantibus cunctis, visionem retulit, & missus est ab Abbate nauta integer denarius, quem ut ille recepit, eadem hora conversus expiravit. Ex Casario Heiberst. l. 11. c. 35.

Merceorum Reges.

Vide Locum de Magistratu.

Meretrix. Scortum.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Meretrices vocantur Mulieres quarum turpitudine est venalis. Dicitur sunt à merendo inquit Valla, quod corporis abusu mercedem, quantum faciant. Hinc Ovidius: Stat meretrix certo cuiuslibet mercabilis aere, & meritis suo iusto corpore quærit opes.

MERETRICES. SCORTA PUBLICA.

Meretrices olim in via publica fidebant. Id quod ex historia Thamar intelligi potest. Gen. 38.

RACHAB meretrix Hierichuntina, ad quam duo exploratores à Josue in Chanaanam terram missi diverterunt: illos cum ab oppidanis quaererent, sub tecto, sub lini fasciulis occultavit, & per fenestram suam demissos, incolentes dimisit, Josue c. 2.

DALILA meretrix plurimum à Sampsoni Judice Israelitarum adamata, ejus necis causa fuit, cum crimem facalem, in quo robur omne continebat, abrafisset. Judicum 16.

GOMER Debelaim F. meretrix, quam Domini iussu Oseas Propheta uxorem duxit, filios ex ea genitur meretricios, ut hac ratione populi Israelitici idololatriam reprehenderet. Osee 1.

MARIA MAGDALENA, Syri, & Eucharis filia, Lazari, & Marthae soror, aliquot annis voluptatibus indulserat, adeo ut Peccatrix meruerit nomen. At ubi ad Christi, in Simonis Leprosi domo recubentis, pedes se provolvit, suisque rigasset lacrymis, capillis absterxisset, & unguento unxit, veniam impetravit. Mattheus.

SIRENES tres, partim virgines, partim volucres, Acheloi fluvii, & Calliopes Muse filiae decantantur. Harum una voce, altera tibiis, tertia lyra canebat: & primo juxta Pelorum, post in Capreis insula habitaverunt, quò illectos suos cantu in naufragia deducebant. Revera meretrices fuerunt, teste Palaphato l. 1. Incredibilem: quae quoniam transeuntes deducebant ad egeatam, illis dicitur in inferre naufragia. Has quidam Pithonem, Aglaopen, vel Aglaophemen, & Ehekxiopiam: alii Molpen, Aglaophonem, & Thelxiopen, vel Thelxinonem: nonnulli Ligian, Parthenopen, & Leucosiam, aut Meleosiam appellant. De iis Strabo lib. 1. Plin. lib. 10. cap. 49. & Calpurnius l. 1. c. 14. A. L. Sirenes dicte, quasi Catenae, quia illectos vincunt amore. Nat. Comes Mythol. l. 7. c. 13.

ZETES, & Calais Boreæ filii cum venissent cum ceteris prin- A cipibus colchicæ expeditionis ad Phineum: Harpyas à men- sa Phineæ fugarunt. Echinc Plota Infulæ Strophades voca- tæ sunt. Crediderunt nonnulli Harpyiam, & Erastiam filias fuisse Phineæ, quæ cum parum honestam vivendi ra- tionem complecterentur, domumque paternam turpiter exhaurirent, eas filii Boreæ secum abduxere. Eapropter visi sunt Phineum egestate fameque liberasse. Nat. Comæ Mythol. l. 8. c. 11.

Circæ Solis filia, non tam veneficio suo, quam forma, ama- tores voluptatum illecebris in feras mutasse dicitur. Ulysses Mercuri, hoc est, rectæ rationis ductu infidias illas cingit. Palladas in primo Græcorum Epigram.

— Ἐραστὴ δ' ἔτα παύσις
οὐκ ἐπαύσατο πρὸς ἄλλοις ἐραστῶν

ERISICHTHON quidam Thesalus, cum absumptis facultatibus ad extremam devenisset inopiam, coactus est filiam (quam habebat liberali forma) Metram nomine, prostituere. Ad quam qui commebant adolescentes, corporis copiam non assequerantur, nisi equos, boves, amplissimaque deferrent munera: quia nondum id temporis repertus fuerat numerorum usus. Eapropter Thesali per jocum dicebant.

B Metram Erisichthonis veri in ea omnia, quæ illi ab amato- ribus donabantur. Unde fluxit proverbium, Mutabilior Me- tra Erisichthonis.

Tetra libido Diomedis Filias in Thracia equarum nomine celebres, sciat, ut quæ turpissimæ adventantes vorasse sint di- ctæ: quanquam interim à patre solitas, intelligere maluerit Eustathius. Cæc. l. 13. c. 8. A. L.

MENPUS incredibili sua pulchritudine partim in saxa, partim in bruta viros convertit. Sæxi nimirum homines sunt, & in brutorum transeunt naturam, qui muliercularum forma, & illecebris capti, vitam agunt intemperantem, & libidinosam. Platina dial. ad Stellam contra Amorem.

Babylonias mulieres omnes semel in vitam ad Veneris Mit- litæ templum sedentes oportet cum externis viris consuetudi- nem habere. Herod. l. 1.

Ludorum mulieres ante connubium hospitiibus quibusvis se committunt, eaque ratione dotem colligunt, dum nubiles ipsæ se elocent. Postquam nupterunt, continentissimè vivunt. Ælian. l. 9. Var. hist. c. 12.

Apud Sardes est Altiatis ingens tumulus super crepidine ex- cella (ut Herodotus inquit) factus à multitudine civitatis, cu- jus maximam partem Ancillæ persequerunt, quæ (ut ille ait) omnes meretriciantur. Nonnulli hanc sepulcrum, meretricis monumentum dicunt. Strabo l. 13.

Corinthiæ meretrices famosissimæ olim fuerunt: ita ut Platon. Polit. 3. κερδοσκοπία eximie pro sortito donatur. Sic etiam Themistio, & alius, κερδοσκοπία idem quod sortari.

CHEOPIS Regis Ægyptiorum Filia meretrix, à patre, qui incredibilem pecuniæ summam in pyramide extruenda consumpserat, prostituta, quæstum fecit maximum. Herod. l. 1.

THONIS, Ægyptia meretrix, ab adolescente quodam eam amante poposcit ingentem summam pecuniæ. At is cum in somnis sibi vitas esset cum illa concumbere, liberatus est libidine. Ob id Thonis mercede ab illo insitit judicio exigere. Cognita causa iussit Bochoris illi quantum postulaverat, argenti in vase numeratum, huc atque illuc manu pectere, ac meretricem umbra frui: quod veritatis opinio umbra sit. Plut. in Demetrio.

D Egægia, pulcherrimaque scorta Nauaratis Ægypti emporium produxit Archediam, item Doricham, quam Sappho Charaxi fratris sui amicam fuisse scribit, cum ob mercaturam Nauaratem appulisset, quam etiam caput in poema- te, quod multa Charaxi eripuerit. Herodotus eam appellat Rhodopem, cum ignoraret, quod ea diversâ esset à Doricha, quæ celeberrimos obeliscos in Delphis depoluit, quorum mentionem fecit Cratidus, & Polidippus. Athen. l. 13. c. 24. c. 25. Herod. l. 2.

RHODOPIS Thracia, ancilla Jadmonis Samii, ex urbe Vulcani, conserva Æsopi fabularum scriptoris, in Ægyptum abiit deperata à Xantho Samio, profecta illic ad quæstum faciendum. Magna pecuniâ frui redempta à Charaxo, viro Mytilenæ, & Scamandronymii filio, à Sapphus poematum condi- tricia fratre. Libertatem nacta Nauarate in Ægypto reman- sit: gratiosaque vehementer effecta, ingentes opes comparavit, quæ Rhodopem transecederet, non quæ ad pyrami- dem faciendam ascenderent, ut quidam volunt, qui Mycerini

Regis pyramidem Rhodopi tribuunt. Cujus opinio est. Plin. lib. 36. c. 19. Plut. in Nicia. Ex illarum operum decima parte, cum vellet memoriam sui in Grecia relinquere, fecit opus, quod ab alio excogitatum non esset, neque donatum, idque donavit in templo Delphico monumentum sui: videlicet, tor è ferro verca ad boves terrendos, ad quot faciendam sufficeret decima ipsa, quam Delphos misit: quæ nunc quoque posita sunt è regione templi post aram, quam Chii donaverunt. Herod. l. 2. Ælian. lib. 13. Var. hist. cam à Psammethico rege in thori consortium acceptam tradit.

Athenarum civitas tantam tulit meretricum multitudine: quantam virorum turbam, cum maxime floreret, non habuit. Descriptæ enim centum, & triginta quinque Aristophanes Byzantius: Apollodorus complures: Gorgias etiam plures: Paroenum, Lampyridem, Euphrosynem, Fullonis filiam. Non ascriptæ sunt Megilla, Agallus, Thaumantiam: Theoclea cognomento Corone Lencocystus, Altra, Gnathana, illiusque nepes ex filia Gnathenium, & Siga, Synoris, Lychmæ cognomento, Euclea, Gramma, Thyralis, Lymera, Lampas. Athen. l. 13. c. 17.

ALES meretrix: dicebat Pythagoras se Euphorbum pri- mô fuisse, deinde Pyrandrum, deinde Callidænam: deinde feminam pulera facie meretricem, cui nomen fuerat Alce. Gel. l. 5. Noëlium Astic.

ASPASIA Mileto orta, patre Axiocho, Thargeliam inter pri- cas Jonia feminas imitata (quæ corpore suo potentissimos Græcorum, Medorum regi conciliaverat) cum præstantissi- mis Græcorum, rem habuit, ita ut Pericles repudiata legitima uxore eam sibi junxerit. Quamvis alii civilium rerum causa à Pericle cultam afferant, ut & Socrate, quidam eam cum familiaribus quandoque accessit: mulieres ad eam mittere solebant propinqui, & parentes. Parum decore tamen se sustentavit artificio, cum pulchre corpore quæstum facien- tes domi aleret. Plut. in Pericle.

Ab Apollodoro prodium, meretriculas quasdam fuisse Aphyas, id est Apus cognominatas, quod minutula forent, Albæque, oculis grandioribus. Nomina eis fuerunt Stragomon, & Anthis. Ex eadem causa in libro de Meretricibus, Nicostrotada dici Apuam cepisse, ferunt Aniphanes. Cælius l. 8. c. 19. An- tiph. lib. ex Athenis. l. 13. c. 16.

C GNATHENA meretrix Attica venusta, & elegans, ejus nepis fuit Gnathænum. Athen. l. 13. c. 14. c. 15.

G HOEM, asserit in libro de amicis Amphianes, Anticyram fuisse vocatam, sine quod biberet eum inconstantibus, ac in- fantibus, sine quod eam cepisset Nicostrotas medicus, ac postea meretrix, plurimum helleborum illi reliquit, nihilque præterea. Athen. l. 13. c. 19.

EPICURUS Leontium habuit amicam, in arte meretricia ce- leberrimam. Ea ubi philosophari cepit, mereri desinit, una- que in hortis erat cum Epicureis, ac cum Epicuro aperitissimè, ita ut maxime illam amaverit. Athen. l. 13. c. 20. Eadem Theo- phrastus libris respondit, Gellio Teste.

LAMIA scortum Atticum dicit, Leones Græci, Epheci red- duntur vulpes. Cum in Grecia corpore quæstum longo tem- pore fecisset, adeo Græcis ejus libidine delectati sunt, ut in- ginem ejus Delphis in sublimi columna erexerint, quæ ex auro purissimo constabat. Ælian. l. 9. c. 13. de Variâ historia Eandem sententiam Demetrius Poliorcetes Rex amavit pa- rum sobrie.

LEBENA Harmodii amica ejus, qui tyrannum occidit, ab Hippia tyranni familiaribus tortæ, in tormentis mortua est. H Athen. l. 13. c. 24.

STRATOCLES orator Lemen amicam cognomento, quæ Pa- toram vocabatur, habuit, quæ duarum mercede herodiarum ad volentem accedebat. Ex Gorgia Athen. lib. 13. cap. 24.

Haud nata est Lais Corinthi, ut fortè Propertius, & Clau- dianus, eam Ephyream, id est Corinthiam nominantes, atque alii exilthant: sed Hyccaris Siciliæ oppido, quod à Nicta duce Atheniensium vi captum, & directum est, eivelsque denudati. In his à Corinthio quodam empta est Lais, & Corinthi do- no uxori missa. Ei cum Venus, Melanis vocata, Corinthi pro- somnum apparuisset, accessum amantium bene numeratum significavit: esse Hyperide in orat. 2. contra Aristagoram, cum eam virginem adhuc, aquam ex Pirene ferentem Apelles pic- tor complexisset, illiusque pulchritudine esset admiratus, cum aliquando in amicum symposium deduxit. Ridentibus autè focus, quod virginem pro amica in symposium adduxisset: Ne admite-

admiremini, inquit: eam enim in futuram fruitionem, non- A dum peracto triennio, pulcrum demonstrabo. Athenæus l. 13. c. 20. Ita pulcra erat, ut piores ad eam accederent, ut mamas, pectusque mulieris imitarent. Ob quæstum, & quod Phrynes zelotypia quibusvis Aëzom fuit dicta, teste Au- reliano l. 2. Var. hist. Pretium concubitus erant mille drach- mæ, sive LX. minæ, sive talentum, hoc est, coronati nostras dec. Macrobius dimidium talentum ponit. Unde proverbium è parvis ad pios se propudum id est, Non cuivis homini contingit adire Corinthum. Demosthenes Corinthum navi- gans, ut famoso amore potiretur, precii magnitudine terri- tus è corinthiis, inquit, μισοῦσι δὲ παρὰ μὴν ἐπιπέδου, Penitere ex Phocione Peripatetico. In suburbano loco Corinthi, cui Cra- neo nomen, conspicitur illius sepulcrum, cui læna inscul-pta est prioribus pedibus arictem tenens. Ostenditur etiam in Thessalia Laidis monumentum. Venisse enim in Thessalia dicitur, Hippostratum amatorem secuta. Tantæ fuit Corinthiis admirationi, ut nunc etiam de Laide certent. Pausanias in Corinth.

Megaricas sphinges Scorta quædam vulgus olim appellabat, sive quod vulgo molles Sphidæ, παρὰ τὸ σφιγγῶν, dicuntur apud Græcos, sive quod apud Mega- B renses nutrix sphinx appellatur, sive quod Megarensum mo- res improbi, fictique, & populari convicio quondam notati fuerint. Erasimus.

Meminit Hyperides in oratione contra Patroclum Nema- dis tibicina: de qua admiratione dignum est, cur passi sint Athenienses scortum ita nominari, cum celeberrimæ congrega- tionis nomen ea sibi usurparet. Nam non solis meretricibus, verum etiam omnibus servis nomina hujusmodi imponi legi- bus cavebatur, ut Polemon inquit in iis, quæ scripti de acro- poli. Athen. l. 13. c. 19.

NICO Capra dicebatur, quia Thallum capuonem absum- pisset. Capræ gaudent dillæis, id est germinibus: quapro- pter neque in summam Athenarum arcem animal admitti- tur, neque Palladii sacrificatur omnino. Athen. l. 13. c. 19. Suidas Nannio meretrici hoc tribuit, quod Cælius l. 1. c. 8. A. L. repetit.

Peradagium Proscenia dicitur, quæ speciosa extrinsecus videntur, cum mira inuis lateat fordias: sicut meretricula quædam, ut scribit Athenæus, Nannium nominet, Proscenium est cognominata, quæ vestium, & auri cultu plurimum speciosa videatur, cum exuta foret vel turpissima. Cælius C. l. 8. A. L.

NICARETE Megarensis, & genere, & disciplina digna erat, quæ amaretur: audiverit enim Stilponem philosophum. Athen. l. 13. c. 24.

Celeberrima fuit PLACCON Milefia, quam adolescens qui- dam Colophonius amavit, licet Bachidem amicam haberet Samiam. Plangon Bachidis forma audita, ut juvenem ab amore sui diverteret, congressus postulat vitæ monile Bachidis preciosissimum. Hic cum magnopere amaret, expectavit à Bachide, ne ipsum mori pareretur, Bachis monile concessit. Cum vero cognovisset Plangonem Bachidem ab invidia esse alienam, suum illi monile remisit. Itaque communem dum vixerunt, habuerunt amicum. Quam rem admirati Jones, ut inquit Menetor in l. de Depositis, Plangonem in posterum Pasiphilam vocatur, Athenæus l. 13. c. 23.

PHANOSTRATEN Apollodorus libro de Atheniensibus mer- tricibus, dicit nuncupari ὑποπόδιον, quod in porta stans pedu- culos colligeret. Suidas ex Athen. l. 13. c. 19.

Meminit Demosthenes Sinopes, in orat. contra Androtio- nem, & Herodotus Crateticus libro Comædiarum sexto, quod D cum esset senex, Abydus appellabatur, quoniam à nemine adiretur. Athenæus ibidem. Hinc Sinopistæ, lascivire. Erasimus in Adagis.

PHRYNE Thespiensis (quæ civitas est Bœotia) in iudicium vocata, dum sibi timeret à sententia iudicum, defendente Hyperide oratore, sublati runcis corpus denudavit. Cuius pulchritudine permoti iudices, liberam abire permisissent. Neque tam profuit puella oratoris actio, & patrocinium, quam venustas formæ. Quintil. c. 1. Pausanias l. 1. Interpositum mox decretum, ne quis misericordie captanda gratia epi- logis uteretur. Hac quibuslibet sui copiam facere solebat, nul- lo delectu personarum, sine divites esset, seu pauperes, in ne- minem fastidiosus. Itaque turbam amatorum habuit. Huc respexit Horatius inquit:

— me libertina, nec uno
Contenta Phryne macerat.

APELLES Veneristypum, quam Anadyomenem vocant, à Phrynes insigni pulchritudine mutuatus est, cum ea in E Eleufiniorum pangyri spectante universa Græcia, specio- sissimum nudasset corpus (quod aliis ferè nunquam fecisse memoratur) ac soluta coma descendisset in mare. Cæ- cilius ex eodem archetypo Praxiteles quoque Gnidam dicitur Venetrem conformasse. Cælius l. 14. c. 15. A. L. Ejus sum- mum fuisse apud Delphos auream scribit Libanius. Commem- nit in Præceptis sanitatis etiam Plutarchus, eam dicere solitam prodens, ubi jam consensisset, ac flaccida toto foret corpore, τὴν τριγὰν πρὸς τὸν ἄλσος ἔλα δὲ ἔλα: id est, plura fecem vendere ex opinione, quam de ipsa concep- sissent homines. Hanc denique dixere Græci, lecythum ha- bere in malis: quod exponens Suidas, ad faciei retulit tu- morem, quia fit lecythus protuberans vas. Ego ad formæ elegantiam referendum contenderim, ut illam intelliga- mus, naturali specie præsigen, accersitam commenda- tionem, & peregrinas haud magnopere nugas conquisivisse, inquit Cælius.

PHILENIS meretrix, quam Philocretæ poeta Græcus suis carminibus læceravit. Hujus etiam meminit Mar- tialis l. 7.

SAPPHO ex Erefo, sorinosum Phaonem amavit, ut Nymphis ait. Alia in navigatione. Alce. l. 13. c. 24.

R THAIS meretrix insignis, Atheniensis genere, amica fuit Alexandri Macedoniæ Regis, quam postea Ptolemæus mag- nopere adamavit. Ejus usum Alexander Perfarum regiam cremavit. Aticam juvenem ut in sui amore pellexit. Hanc suis carminibus celebravit Menander comicus, unde Menan- dra dicitur Propertio:

Turba Menandra ea fuerat nec Thaidas olim
Tanta, in qua populus lustr Erichthonius.

Tradit Xenophon, Socratem aliquando in colloquium cum Theodota meretrice venisse, eamque ob formam ve- hementer laudasse. Athenæus l. 13. c. 20. Sed & cum Gal- liste sermonem habuit, quæ cum diceret: Ego quidem, ô Socrates, multum tibi præsto, nam cum tu neminem ex meis à me possis alienare, ego, cum libitum est, tuos omnes à te avo- co. Respondit: Quid mirum hoc est? si quidem tu ad declivem tramitem omnes rapis, ego ad arduum virtutis culmen. Ælian. l. 13. de Var. hist.

ACCA LAURENTIA Faustuli uxore fuit, & propter vulgati cor- poris utilitatem, Lupa inter pastores, id est, meretrix nuncupa- ta est: Ad eam Romulum, & Remum parvulos, prope ripam Tiberis expositos ab Amulio patruo, Faustulus regii pastor armenti detulit. Ab hac ad nostram usque memoriam meretricum cellula, Lupanaria dicuntur. Lactantius l. 1. Infit. c. 7. D. Hieron. in Chronico, & Eusebius.

ACCA LAURENTIA nobilissimum scortum, Hercules concubitu sua, Carutio Romano nupti, ejusdemque hereditate aucta pop. Rom. hæredem nuncupavit. Proinde sacrum illi publicum in- stitutum. Macrob. l. 2. Saturn. c. 10.

FLORA meretrix populum Romanum instituit hæredem. Unde Floralia sacra eidem consecrata sunt. Alio nomine Lau- rentia vocatur. Gell. l. 6. c. 7.

FACCULA CLUVIA Capuana meretrix, erga Romanos piens- tissima, Annibale Capuam tenente, alimenta captivis egen- tibus Romanis furtim suppeditabat. Livius l. 26.

MANILIA meretrix Rom. cui A. Hostilius Mancinus diem dixit ad populum, quod de ambulacro ejus noctu lapide idem esset. Cælius.

HISPALA quædam FECENIA ancilla Romæ quæstum corpo- ris fecerat: mox libera, uni P. Eubutio adolescenti pupilo animam adiecit, sustentavitque suis opibus; hæredem- que testamento, confuctudine capta, destinavit: cujus in- dicio turpissima Bachanalium Romæ detecta fuerunt. Sabell. l. 7. Ennead. 5.

PRÆCIA meretrix Romana potens amicitis fuit, quod ute- retur iis, qui cum ipsa consuetudine, & rationes habebant, ad amicorum voluntates, & negotia. Itaque hanc compara- vit sibi existimationem, ut amicum studio, & negotiosa haberetur. Ad quam sub Cethegus opes reper. semel omnes recidere. Plut. in Lucullo.

BARYNEN Romanam meretricem Horatius suis carminibus illustravit.

MESSALINA Claudii Cesaris conjux, ad certamen Veneris elegit nobilissimam ex prostitutis ancillam mercenariæ stirpis, nomine Lyciscam: eamque die, ac nocte superavit, quinto, ac vicefimo concubitu. Plin. l. 19. c. 62.

LAIS, Elephantis, Slape, meretrices, quarum scripta de

de sanguine menstruo, & abortivis . Plinius l. 28. c. 7. re-
cnet.

A Catulli scriptis celebrata meretricula, IPSISTHILLA, AC-
ME turpiculo puella naso Decoctoris amica Formiani. AU-
FLENA.

Aufonius GALLAM jam vetulam celebrat.

Martialis CHRISTIANAM, Maximianam anum, cui tres tantum
dentes superfunt, sed planè picieque, buxique, Ledam à Mili-
eho redemptam: Lauffellam, Thaidem nulli nihil negantem,
Chloen, Fabullam, mammofam Spatalen.

Immoderatam CRELLE libidinem notat Martial. l. 7.

Das Castis, das Germanis, das Celia Dacis,
Nec Ciliicum spernis, Cappadocumque tharos, &c.

CHIONE, & Phlogis scortilla Martialis celebrata versibus
l. 11. Epigrammatum.

In Catullam idem Epigrammatum l. 8.

Fernofissima que fuerit, vel sunt,
Sed vilissima que fuerit, vel sunt,
O quam te ferri, Catulla, vellem
Fermofam minus, aut magis pudicam.

B. MARIA Ægyptia meretrix cum Hierosolymam venisset
cum illis, qui ad diem Festum exaltationis sanctæ Crucis com-
mune cõ pro conuentu solebant, ut in frequenti peregrina-
tionum cõtu libidinem exeret: Templi aditu divinitus prohi-
bita pœnitentiam egit, sumptoque corpore Domini in de-
ferentur abiti: ubi per XII. annos extra omnium hominum con-
fectum diem nuda vixit. Fulg. l. 6. c. 9. Marul. l. 4. c. 12. Sa-
bzil. Ennead. 7. l. 9.

PELAGIA Antiochena, cum & divitiis, & corporis facie mul-
tum emineret, libidini dedita, usque adeo frontem fregerat,
ut gloriaretur nullam se neque ornatorem, neque lasciviorum
in publicum procedere. At ubi Nonii Heliopoleos Episcopi
predicationes audivit, recognovit miserum suum, penitusque
immutata ornatum omnem abiecit, & quidquid habebat
opum, pauperibus erogavit, atque impudicitiam finem statuens,
in monte Olivæ tuguriolum sibi posuit, tum ne quis in solitu-
dine manenti feminæ insidiari in animum induceret, sexu celo-
to Pelagium se nominari fecit. Tantumque deinde vite sancti-
tate excelluit, ut de pelago vitiorum facta diceretur pelagus
virtutum, amarissimas Marath aquas in dulces converterens.
Marul. l. 2. c. 12. & Sabl. 5. c. 5.

THAIS Alexandrina meretrix, crebris Paphnucii Abbatis
admonitionibus ad pœnitentiam conversa, facultates, quas
non modicæ corporis vulgatione paraverat, constructa pyra
in ignem conjecit: & de prostibulo, ubi diu Diabolo servie-
rat, ad monasterium transfrens, servivit Christo post triennem
ejus elaufuram. Paulo Antonii Abbatis discipulo revelatum
est, dimissa esse a Domino Thaidi peccata: Itaque à Paphnu-
cio de cellæ carcere eadem cum dies xv. supervixisset, migravit
ad paradisum. Marulus ibidem.

ABHRA meretrix Cretensis cum tribus ancillis, Dimna,
Eugenia, & Eutropia cunctis se prostituat. A Narcisso Hie-
rosolymorum Episcopo persuasa, voluptati repudium misit, &
tandem martyrium passa est. Marul. l. 2. c. 12.

NICETA, & AQUILINA forores, cum corporis quæstu me-
terent, missæ sunt à Rege Dagnæ ad corruptendum beatum
Christophorum, inculcandumque ei falsæ religionis cultum.
Verum & ipse ad fidem conversæ sunt, & justu regis inter-
fectæ. Idem.

CERTORUM HOMINUM
SCORTILLA. PUTA.

Rhetorum.

D. PHRYNE Hyperidis oratoris summi scortum, qui pro ea cau-
sam capitis dixit.

HERMIPPUS Iocratem scribit jam senem LAGISCAM ami-
cam in domum accepisse, ex qua filiam habuit. Athenæus
l. 13. c. 22.

Pœtarum.

Sophocles tragicus senior THEORIDEM amicam amavit. Si-
militer ARCHIPPUM, quam & hæredem reliquit. Ubi cum sene
Sophocle Archippe congregaretur, Simicrides prior illius
amatus à quodam interrogatus: Quid ageret? Archippe, in-
quit, instar nocturnæ sepulchro insidet. Ibid.

MEGALOSTRATEM pœtriam Aleman pota amavit, quæ
amatoris vel solo colloquio ad se trahere poterat. Athenæus
l. 13. c. 16.

LYDAM Antimachus. Colophonius, atque alteram. ejuſdem

nominis Lydam Lamynthius Milesus amavit. Uterque ho-
rum pœtarum cum in Lyda barbara amorem incidisset, fecit. E-
lic quidem in Elegiis, ille vero in Lyricis poema Lydam voca-
tum. Athen. l. 13. c. 25.

THALATA Dioclis amica fuit, Corianno Pherecratis, Eunici,
sive Philyllii Anthea, Thas, & Phannium Menandri, Opora
Alexidis, Eubuli Clephydra. Athenæus l. 13. c. 8.

DE GNATHENA Disphili Comici amica Machon scripsit.
Athen. l. 13. c. 14.

NANNO tibicinis Minnertni, Leontium Hermefanadis Co-
lophonii, qui de ea tres libros Elegiacos conscripsit, & varios
pœtarum amores recensuit. Athen. l. 13. c. 25.

LICINIA Horatii. Testis ipse met. l. 2. Carminum:
Me dulcis domina Musa Licinia
Cantus, me voluit dicere licinia
Pulgentos oculos, & bene mutatis
Fidum pectus amoribus.

AMAVIT & GLYCERAM. Sic l. 3. Carm.
Me lentus Glyceratoret amor mæd.

DE LESBIA (quæ vero nomine vocabatur Claudia) Catullus:
Nulla potest mulier tantum se dicere amatam
Verè, quantum ut Lesbia amata est.

PROPERTIUS elegiographus HOSTIAM puellam mutato no-
mine (ut L. Apuleus inquit) Cynthiam appellavit. De ea F.
Marrialis:

Cynthia, facundi carmen juvenile Properti.
Accepti famam, nec minus ipsa dedit.

LEUCADIA Terentii Varronis. Hinc illud:
Leucadia perfectio ludebat sajone Varro.
Varrò Leucadiæ maxima flamma sue.

QUINTILIA Calvi Licinii. Propertius l. 2.
Hoc etiam Dotti confessa est pagina Calvi,
Cum cæcebat miseræ funera Quintiliæ.

CORN. Gallus poeta Forolivienſis, Ægypti præfectus,
CYTHERIDEM amavit, sub nomine Lycoridis, libertam Vo-
lunnii, quæ eo spreto Antonium cunctem in Galliam
est secuta.

Cujus amorem graphicè describit Maro Ecloga 10.

Acme, Septimii. Catullus:
Acme Septimius (suis amores)
Tenens in gremio: suus inquit, Acme,
Ni te perdidit amo, atque amare porro
Omnes sum assiduè paratus annos;
Solut in Libya, Indique toſta
Cæſo veniam obvius leoni.

MELANIS Domitii Marrialis:
Nota tamen Marſi fusca Melanis erit.

CESENNIA Cn. Gellulici epigrammistæ.
De PAMPHILA Valerius Æditius sic apud Gellium scribit.
Dicere cum conor curam tibi, Pamphila, cordis.
Quid mi abs te queram, verba labris abeunt:
Per pectus miserum manat subito mihi sudor,
Sic tacitus, subitus, duplo ideo pecco.

CHRYSIS, Q. Trabeæ comædiographi. Netza, Licinii Im-
briæ Comici.

VIOLANTILLA, Stellæ, sive asteris poetæ, Græcæ Hyantis di-
cta. Martialis l. 6.

Perpetuum Stella dum jungit Hyantis vati,
Leta Venus dixit, plus dare non potui.

Statis in Syrbis
BISULAM Suevam, quæ Latias vincis alumna pupas, suo ce-
lebrat carmine Aufonius, bello captam sed manumissam.
Philosophorum.

HERPYLLIS pellex Aristotelis, magni illius Philosophi, cui
& sacra fecisse dicitur, & ex ea filium Nicomachum su-
cepisse. Obiitum autem eam ab Hermia Eunuchò, Prin-
cipe Atarnensium: postquam Psychas Hermia filia,
quam prius pro uxore habuerat, obiisset. Athen. l. 13. c. 21.
& Laertius.

ARCHEANASSA Platonis amore celebris.

Ariſtippus cuidam LAIDEM infestanti apud ipsum, ut non
amantem sese responderit. Etiam visum existima ne, & piscem
non diligeret, sed esse jucundam sibi utriusque vitam.
Plutarchus in sermone Mechanicorum.

GLYCERIUM, Theſpiens meretrix, dono Cupidinem à
Praxitele dolo acceptum, Theſpiensibus donavit. Strabo.
At alii hoc Phryne tribuunt.

ELPENICE Militiæ F. Polygnoto pictori se subſtravit. Ibid.
Cum Alexander Magnus dilectam sibi ex pellicibus suis præ-
cipue,

cipue, nomina Campaspen, nudam pingi ob admirationem
A formæ ab Appelle iussisset, eumque tum pari caprum amore
sensisset: dono eam dedit. Magnus animo, major imperio,
sui nec minor hoc factò, quam victoria aliqua, inquit Plin. l.
35. c. 10. Quippe se vicit, nec thorum tantum suum, sed etiam
affectu donavit artificii: ne dilectæ quidem respectu motus, ut
quæ modo regis fuisset, nec dilectæ esset. Sunt, qui Venerem
Anadyomenem illo pingam exemplari putant.

Regum, Principum.

RESPHA, Saul Judæorum Regis concubina fuit. 2. Reg. 3.
CYTUS, qui in fratre militavit, sapientissimam, formo-
sissimamque PHOCIDEM amicam habuit, quæ cum illo
militavit: quam Miltio prius vocatam fuisse asserit Zeno-
phanes, postea ASPASIAM. Athen. lib. 13. cap. 13. & Plu-
tarchus in Artaxerxe, qui cum interfecto fratre in con-
fortium thori accipit.

PHÆDYNA, Otanis Perfarum Satrapæ F. concubina Cam-
byſis primium, deinde Smerdis magi, quem falsum Smerdem
esse deprehendit. Herod. l. 2.

NTERIS filia Aprilis Regis Ægyptiorum ab Amasi inter-
fecti, missa ab Amasi ad Cambysem Regem Perfarum habitu,
& loco filia, cum Cambyſes Amas F. in matrimonium postu-
lasset, & Amas nec propter illius potentiam negare auderet,
nec concedere vellet, cum sciret Cambysem illam tantum
concubina loco habiturum: ipsa ingenue veritatem fassa,
Cambysem ad Amasim ulciscendum impulit. Herod. l. 3.

Philippi Macedonis amica fuit PHILINNA saltatrix, ex qua
Aridum habuit, qui regnavit post Alexandrum. Athen. l.
13. c. 13.

Alexander Magnus CHAIDEM habebat Atticam amicam se-
cumde qua scribit Clitarchus, quod causa extierit, ut Perse-
polis combureretur. Post Alexandri mortem Ptolomæ ei
nupti, qui primus regnavit in Ægypto, filiumque Leonticum
illi peperit, & Lagum, filium vero Irenem, quam Solon Rex
Cyprî duxit uxorem. Athen. l. 13. c. 13.

Ptolomæus Philadelphus multa habuit amicas. DIDYMA
unam ex indigenis mulieribus alpeu pulcherrimam, & Bil-
sthemem, & Agathocleam, præterea & Stratonicam, cujus mo-
numentum extat in mari: Eleufinam, & Myrrium, aliasque
comples, cum maxime in res veneras esse pronus. Athen.
l. 13. c. 13. Ejus filius Irenem habuit: quæ cum ob Thracum in-
fidias ipse in Dianæ sacellum in Epheſo confugisset, unam cum
eo ad aras jugulata est. Idem c. 23. De his sic Plut. in serm. amato-
rio. Tibicinz Samiæ, & saltatricis Ariftonica, & tympanum
tenens Ocanthe, Agathocleaque regnum diadematis in-
sultaverunt. Belesithicæ barbaræ, & forore emper mulierculæ, fa-
cra, & sana habent Alexandrini, concordem per amorem re-
ge, Veneri Belesithicæ dedicata.

ITHACA seu IRENE, Ptolomæi Phycionis concubina, regem
Judæis conciliavit, in quos incitatus erat ob Oniam Judæum,
qui dux, & amicus Philometoris, bellum pro Cleopatra susce-
perat adversus Phycionem filium, qui mortuo patre reginam
matrem regno volebat expellere. Judæosque omnes in oppidis
comprehensos, nudos, & vinctos elephantis vino ebriis subit-
cere conculcandos. Joseph. l. 2. contra Apion.

Demetrio Poliorceti LAMIA, quantumvis jam declinante
aetate, mirifice placuit. Plut. in Demetrio.

Pyrrhi Epirotarum Regis, qui tertius erat ab eo Pyrrho, qui
in Italiam militavit, TIGRIS LEUCADIA erat amica, quam Olym-
pias mater Adoleſcentis pharmaci interfecit. Athenæus
l. 13. c. 21.

D. MYSTA, Seleuci regis amica, Seleuco à Gallis proſtigato,
servæ assumpto habitu, capta, ac unam cum suis ancillis vendita,
venit Rhodum: & inde magna diligentia remissa fuit ad Seleu-
chum. Athen. l. 13. c. 23.

Philippus Macedonia Rex & satrice Gnathenio Perſeum fi-
lium, regni successorem suscepit. Plut. in Arato.

Cn. Pompejus Magnus, victo, fugatoque Mithridate, ex
omnibus Mithridatis pellicibus, quæ attractæ ad eum fuerent,
nullam atigit: omnes ad parentes, & propinquos remisit. Nam
ducum serè, & dynastarum filiaz, conjugesque erant Stratonice
vero, quæ apud Regem summæ erant auctoritatis, opulen-
tissimamque arcem servabat, eamoris cupidam, uti fama
est, non abundantem, & senis filia. Adeo hæc repente
quidam discederet, senemque ablegaret, ut eum ea illico cu-
bitum discederet, senemque ablegaret, molestè ferentem,
quod ne appellasset quidem se benigne. Ea Pompejo &
arcem tradidit, & multa munera obtulit: ex quibus ille,

quæ ornatum templis, & triumpho existimat præbitura
splendorem, sola accepit: reliquis Stratonicem se iussit oble-
dare. Plut. in Pompejo.

Vespasianus post Flavie Domicellæ uxoris obitum CEN-
TIEM Antonie libertam adamavit, habuitque penè justæ uxoris
loco, Imperator jam principarum aſequutus. In hujus
defunctæ locum pellices dehinc plurimas constituit, quatum
familiaritate & in balneo, & in triclinio gestaretur, uteba-
tur. Cuspinianus, ex Suetonio.

MARTIA Commodi Romanorum Imperatoris, atque
Quadrati ejus cubicularii pellex, quam Electus postea
in uxorem duxit. Damoltrata similiter Cleander, ex
servo Commodi cubicularius factus, in uxorem duxit.
Dion.

Mulier Phœnicis, MOESA nomine, sive Varia ab Em-
sa urbe Phœnicæ, foror fuit Julæ, uxoris Severi Pertinacis
Asii, & novercæ Antonini Caracallæ. Ea, vivente fore-
re, multos annos in aula Imperatoria vixerat, Severo, &
Antonino principibus. Sed post mortem Antonini Bassiani
ex aulica domo expulsa est per Macrim superbiarum. Huic
erant duæ filiz, quarum major natus Scenis, quæ Syami-
ra Capitolino dicitur, Sext. Aurelio Semea; & minor filia
Mammae. E quibus & filii sunt nati, ex Mammae Alex-
ander, ex Scenide, sive Syamiara Bassianus, itupro An-
tonini, qui & nomen Antonini accepit, & Helioabalus di-
ctus est: quo nomine Phœnicæ Boleum vocant. Mæſa igitur
militibus persuasit, Bassianum, qui & Helioabalus di-
cebatur, filium esse Antonini: & cum ditissima esset, pro-
fusas largitiones militibus dedit, ut legiones à Macrino abdu-
ceret. Attu igitur mulieris imperator declaratur Helioaba-
lus, & occiditur Macrinus. Cuspinianus.

GALIEUS Imp. deperit concubinam barbaram quandam,
Regis filiam, quam Trebellius PISERAM, Sextus Aurelius Pi-
pam vocat: quam per pactionem, concessa parte superioris
Pannoniæ, à patre Marcomannorum Rege matrimonii spe
acceperat. Cuspinianus.

GONORIA concubina Ricardi Ducis Normanniæ, ab eo
post obitum uxoris in matrimonium ducta, nuptiarum nocte
prima in lecto dorſum marito obverit. Insolentiam admi-
rante Duce, non mitum, inquit, in tuo hæctenus lecto tibi
motigera jacui: at postquam cum communem tecum mihi
esse voluisti, in eo porro tanquam proprio in utrunque la-
tus fecisse postum dormite. Agidius Corrozetus de deſtit. G.
& factis mem.

Fertus, rHenricus Auſpex Imper. ante MECHTILDEM uxorem
Concubinam habuisse ejusdem nominis, mirè plu-
eram, ex monasterio ereptam, è qua suscepit Danquardum,
post ab Othone, quem ducatu private nicebatur, interfectum. Cusp.

Henricus II. Anglorum Rex non contentus uxore, multas
dilexit feminas, & in primis puellam quandam succi plenam,
quam ipse Restimandam, vulgus Rosam mundi appellabat,
quod esset forma præter cæteras liberali, atque venusta, cui
apud pagum Vodeſtocum miro opere domum edificavit, in-
staur Labyrinthi, ut ne ab uxore pellex facile deprehendit posset.
Sed puella parum superſtes fuit, cujus sepulchrum etiam nunc
visitur apud Oxonium, in cœnobio monachorum, quod God-
stovejum vocat Affixum hoc distichon:
Hoc jacet in tumulo Rosa mundi, non rosa munda:
Non redolet, sed olet, quæ redolere solet. Polydore. l. 13.
Ducum Militarium.

HECAMEDE, Nestoris concubina dicta à providentia, quod
longè in futurum prospiceret. Suidas.

ANTIGONA muliercula Pellææ, in turba ad Damascum H
captarum, (antè ab Autophradate, cum navigaret Samo-
thraciam, capta) forma liberali, conciliata Philotæ Mac-
doni, qui multa arcana apud eum effutivit: Quid fuisset,
inquiens, Philippus, nisi esset Parmenio? Quid esset Alex-
ander, nisi Philotas foret? ubi Jupiter Ammonius, ubi dra-
cones, nisi placeat nobis? Ea dicta Antigona apud mulierem
quandam ex familiaribus enunciavit, illa apud Citerum.
Craterus ad Alexandrum, clam intro duxit Antigonam, ca-
que Regi Philotæ dicta, factaque omnia detexit. Plut. in Alex.
ser. 2. de Alex. fortum.

FLORAM meretricem ajunt natu jam grandiorum ferè sem-
per commemorantem cum Cn. Pompejo conſuetudinem, di-
cere solitam, non potuisse se ab illius concubitu sine acu-
leo discedere. Narrasse præterea Floram, sui desiderio fami-
liarem Pompeii Geminum flagrasse, multumque ipsam at-
tentando fatigasse: cum negasset Pompeii causa se eum ad-
missu-

missuram, egisse cum illo Geminium: ac concessisse quidem id Geminio Pompejum, verum nunquam postea ipsam, quamvis amare videretur, attingisse, vel convenisse. Id se non meretricia levitate tulisse, verum ex merore, & desiderio peritii agrotasse. *Plut. in Pompejo.*

Robertus, filius Richardi, dux Normanniae, Puellam, cuius in duendis choreis venustos, & decentes gestus viderat, aliquamdiu secum habuit, ex eaque Gulielmum Conquistatorem, regem Angliae primum a Normannis genuit. *Malmesburienfis l. 3. c. 1.* Hac ea nocte, qua primum cum duce cubavit, pudoris causa, noluit interulam exuere. Sed cum Robertus expediret se ad operam dandam liberis procreandis, illico ejus partem superiorem intercidit, & interrogata a Duce, cur ita faceret? respondit, non decere se oram interulæ, quæ sibi pedes circumret, ad os domini sui vertere. Eadem puella, prius quam pareret, somniase fertur intestina sua in altum ferri, explicarique per omnem Normanniam, ac Angliæ ambitum. Ex qua re, futura Gulielmi magnitudo facile à matre sperari cepit. *Polidor. l. 8.*

Cum Perusinus Magnus Sfortia stipendia mereret, in bybenaque concessisset ad Martianum oppidum: virginem admodum nobilem adamavit, LUCIAM TREZAMINAM, adeo ut amatoris obsequiis, & spe nuptiarum pellectam, justæ uxoris loco haberet, & coleret. Ab hujus felici admodum fecunditate auctus est fortunata sobole maximorum ducum, & principum. Sed eam aliquot post annos, uti jam planè imparem, Ludovico Folianeo in matrimonium opulenta dote præbita collocavit. Ex ea natus est Conradus, qui Francisco Sfortiæ uterino fratri, pluribus in bellis fortem, fidelemque operam navavit. Subsequentibus verò annis adamavit, & Tamitam venustate admirabili, oriendam è Calle Umbria oppido, juxta viam Flaminiam: è qua ad aquas Pendulas in Hetruria suavissimi oris filiam, nomine Honestam, suscepit. *Jovius in vita ejus.*

SCORTA. MERETRICES.

Toleratæ majoris mali vitandæ causa.

In Hispania, Italia, & Gallia, sub qua Belgium comprehendimus, ex decreto Magistratus tam Ecclesiastici quam Civilis, tolerari solent Prostituta, & Lupanaria, eaque in certum loco Civitatis relictæ, ad subveniendum infirmitati carnis adulescentum, & solutorum, ut ea ratione à matronis, aut conjugatis feminis se contineant. Immo in Hispania, & Venetiis publico ære constituti medici, & Chirurghi, qui eas curent à lue Venerea, ne ad se accedentes inficiant. Et existimant se hoc modo non parum consulere quieti, & honestati suorum, ne ita in vagas libidines abeant, & alienis thoris inhiant. Circumfertur verus de urbe Venetiæ:

Urbe cur in Veneta scortorum milliatæ sunt?

In promptu causa est, est Venus orta mari.

Interim si hujusmodi scorta contingant inopinatè ex hac vita migrare abique sufficienti penitentia, tumulantur sepultura asini, neque solet illis impendi beneficium absolutionis, aut ad S. Eucharistiæ perceptionem admittuntur, nisi promittant seriam emendationem, & è barathro illo excedant.

Meritum.

DEFINITIO, ET ACCEPTIO VULGARIS.

Meritum communi apud Grammaticos vocis usurpatione, accipitur pro quovis opere, quo animum alicujus demeremus, vel offendimus. Est enim vocabulum, quod in utramvis partem torquet non incommotè potest.

Apud Theologos meritum usurpatum, ut respondeat ei præmium, sive ut est relativum ad mercedem. Unde meriti apud aliquos, est cum sibi infringere ad obtinendum aliquid. Estque hujus significatio vocis familiaris in Scripturis divinis, quamvis non semper sub illo nomine, quod enim nos mereri, Græci dicunt *ἀξιοῦν* hoc est dignum esse: & meritum vocant *ἀξία*. Ita 2. ad Thessalonic. 1. & Apocal. 3. Verum in idem incidunt eæ voces: si enim quis pronuntietur dignus vita, vel mercede æterna, perinde dicitur, ac si enuntietur eam meruisse: cum dignitas illa non sine fundamento, aut causa acquiratur.

Hæretici in materia Theologica meriti nomen abominantur. Immo Calvinus pessimè de Republ. Christiana meritis, quamvis fateatur Patres omnes eo usos, tamen omnino eo non utendum clamat, atque adeo in illos invehitur, ut dicat

pessimè consuluisset illos fidei sinceritati, qui nomen meriti primum operibus attribuerunt. *l. 3. Institut. c. 15. §. 2. & seq.*

FUNDAMENTUM.

Fundamentum meriti quoad nos, est bonitas, quæ inest operibus nostris, quæ facimus pro spiritu adoptionis inhabitantem corda nostra, quæ licet de se tam excellentia non sint; ut proportionem habeant cum vitæ æternæ mercede: nihilominus juxta gratuitum pactum, quo Deus bene operanti mercedem promissit vitæ æternæ, neque enim ad tantam mercedem tenebatur opus bonum acceptare; & velut ex conventionione cum Deo facta, fit, ut bene operanti ex justitia merces debeatur, non solum ratione illius pacti, sed etiam ex operis dignitate. Hinc non merentur opera nostra vitam æternam tanquam hereditatem, nam ex quo aliquis filius Dei est per gratiam, meretur de condigno, ut loquuntur Theologi, hereditatem vitæ æternæ sine pacto, aut merito, ut constat de infantibus baptizatis, sed merentur eam ut præmium, & mercedem, ad quod gratia adoptionis non sufficit, sed pactum, & promissio intercedere debet.

Quamvis enim bona opera non requirantur ad vitam æternam obtinendam, ut est hereditas filiorum: tamen, ne filius ab hereditate excidat, & mereri quis potest, ut eam non amittat. Itaque ut vita æterna est præmium, & merces, operibus debetur ex pacto, & acceptatione: sic tamen ut in opere bono ex gratia procedente fit proportio quadam, & æqualitas ad præmium vitæ æternæ.

Est enim vita æterna denarius diurnus laborantium in vinea. *Matth. c. 20. de quo Dominus, Nonne ex denario convenit mecum? Item corona vitæ appellatur à Jacobo, quam reposuisset Deus diligentibus se, c. 1. Vide plura infra, ubi de conditionibus meriti agemus.*

QUOTUPLEX.

Theologi duplex meritum distinguunt. Alterum de condigno: Alterum de congruo. Meritum de condigno vocant; cui ex condigno, seu ex justitia retributio, sive merces debetur, quo sensu dixit Paulus 2. Thessal. 1. ut digni habeamini regno Dei, & Apocal. 3. ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt.

Potest autem meritum de condigno in operibus tripliciter considerari. Vel ratione pacti, seu conventionis: vel ratione operis ipsius: vel denique ratione utriusque. Nam si opus longe inferius mercede fuerit ex conventionione missa, si puta, si Dominus vineæ operarios conduceret non pro denario diurno, sed pro centum coronatis v. g. esset ejusmodi meritum ex condigno ratione pacti, non operis. At si opus æquale sit mercedi nulla interveniente conventionione, erit meritum rationem operis tantum. Cæterum si opus sit par mercedi, & quædamque intercedat, jam ex parte utriusque meritum de condigno censetur.

Meritum de Congruo est, quod quidem ex justitia non meretur compensationem, sed ex quadam honestate, & decencia, estque meritum non propriè, & univoçè, sed impropiè, & analogicè.

Rursum aliud est meritum personæ, aliud meritum operis, ut v. g. cum distribuenda sunt officia, vel beneficia melioribus civibus, dicuntur eadem meriti illi, qui sunt optimi inter illos. Estque meritum personæ, si autem distribuenda pronuntiantur illis, qui pro bono Reipublicæ magis incubuerunt, ac plura beneficia præstiterunt, dicuntur eadem de condigno meriti, qui eadem præstiterint, estque meritum operis.

Addi tamen potest tertium membrum ex parte utriusque similis, ut si magistratus descendens melioribus civibus, non omnibus generatim, sed in particulari iis, qui melius de Republica meriti fuerint.

CONDITIONES MERITI DE CONDIGNO.

Ut opus aliquod fit meritum de condigno, seu ex Justitia coram Deo, quinque conditiones requiruntur à Theologis.

I. Ut sit opus moraliter bonum, mala enim opera penam merentur.

II. Debet esse liberum, ut docet S. Tho. 1. 2. q. 114. & alii passim. Hinc Apostolus 1. Cor. 9. Si volens hoc ago, mercedem habeo. Quamvis enim Deus possit acceptare ad vitam æternam opera necessaria, quomodo acceptavit mortem infantum ad Herode necatorum: non tamen ea potest acceptare ad meritum vitæ æternæ: meritum enim, sicut & laus, exigunt libertatem. Quod ita verum est, ut ipse Christus meruerit per actum

A actum dilectionis, qui in eo erat cognitione infusa, quatenus erat viator, adeoque liberum, ut rectè Thom. p. 3. q. 19. art. 3. ad 1.

III. Debet procedere ab homine viatore, est enim nunc, scilicet in vita hac mortali, tempus acceptabile. Et dum tempus habemus, dicit Apostolus ad Gal. 6. operemur bonum. Finitur enim tempus certaminis cum hac vita. Unde modo dicit Spiritus de justis defunctis, ut requiescant à laboribus suis. *Apocal. 14.*

IV. Debet procedere ab homine existente in statu gratiæ, Deique amico. Unde Christus nos comparat palmitti: & dicit palmitem non ferre fructum, si in vite non manserit: sic neque nos, nisi in illo manserimus, addens: Ego sum vitis, vos palmittes. *Joan. cap. 15.* Unde convincitur, ad opera meritoria producenda gratiam habitalem, & sanctificantem, per quam homo palmes constituitur, necessariam esse. Ut definitur. *Concil. Trident. sess. 6. cap. 16.* adeoque hominem solius naturæ viribus vitam æternam mereri non posse: cuius contrarium Pelagiani docuerunt, neque sufficere gratiam actualem, qua serventur mandata. Debet ergo meritum esse opus bonum à charitate imperatum actus, quod in Deum, ut finem supernaturalem, refertur: vel certe ab actu à charitate imperato oriri debet, quod est virtute referri in Deum, quod tunc fit, quando intentio precedens est B actus operum, quæ postea virtuti etiam illi ipsa fiunt, illa non addit.

V. Necessarium est ad opus, ut sit meritorium, intercedat pactum, & promissio Dei de compensatione, seu retributione facienda, quia hac seclusa, opera filiorum adoptionis etiam si bona sint, & per se digna vitæ æternæ, quæ ex gratia procedunt, quæ est fermen gloriæ: tamen non sunt digna dignitate justitiæ, sed proportionis mediæ ad finem, quo sensu dixit August. *serm. 16. de verb. Apost. Debitor nobis factus est Deus, non aliquid accipiendo, sed quod ei placuit permittendo.* Et S. Bernard. *lib. de grat. l. 5. lib. arb. in fine.* Promissum quidem ex misericordia, sed tamen ex justitia perfolvendum.

OBJECTUM, VEL MERCES.

Sive, Quenam sub meritum cadant.

Certum est, hominem de condigno mereri non posse primam gratiam actualem, sive primam vocationem qua excitatur ad fidem, vel ad dolorem de peccatis, neque gratiam justificantem, quia justificati sumus gratis, ait Apostolus, per gratiam ipsius. Quod exponens Conc. Trident. sess. 6. c. 8. Gratis, inquit, justificari dicimus, quia nihil coram, quo procedunt justificationem sive fides, sive opus, ipsam justificationis gratiam promeretur. Legatur August. *epist. 105.*

Similiter certum est, hominem justum mereri per opera bona de condigno augmentum gratiæ: non tamen reparationem post lapsum, sive remissionem peccati mortalis illius, nempe quod tunc patitur. Potest tamen homo justus de condigno mereri ea auxilia gratiæ actualis, quæ simpliciter necessaria sunt, ut possit vitare peccata mortalia, & vitam æternam consequi. Quoad donum perseverantiæ, negant cum D. Thoma passim DD. justum posse illud mereri de condigno, per orationem posse imperare concedunt. Communitur tamen tenetur, per varios actus meritorios posse mereri justum de condigno varia auxilia gratiæ actualis, quibus usque in finem perseverare possit, si velit.

Certissimum porro est, ex quo vita æterna vocatur merces, & denarius, ac corona justitiæ, hominem justum mereri eam posse. Constat *Matth. 20. 25. vers. 34.* Ubi Christus affirmat in ultimo judicio dicendum justis, Venite, benedicite patri mei, D possidetis regnum, &c. Esturvi enim, & dedistis mihi manducare, &c.

Apostolus Paulus 2. *Timoth. 4.* Bonum, ait, certamen certavi, &c. De reliquo reposita est mihi corona justitiæ, id est, quam justè merui ut Anselmus; vel quæ omni virtuti, quæ nomine justitiæ appellatur, debetur: ut ait Chryostomus. Astebar autem id Paulus ex fiducia propriæ conscientiæ, quæ benè sibi erat conscia.

Simili spe, & constantia pii viri mortem optetere non formidabant. Inter quos S. Ambrosius dixisse memoratur: Mori non timebo, bonum Dominum habemus.

Addemus coronidis loco per hoc non imminui valorem meritorum Christi, aut adferri eorum insufficientiam, quod meritis nostris ascribamus vitam æternam: quin potius eadem illustratur, cum dicimus Christum merita omnium vim suam ex illis accipere, quod optimè Nostris, vitis, & palmittis similitudine. *L. B. vit. Human. Theat. Tom. V.*

ne expressit *Joan. 15.* Quodque Christi merita non solum B nobis jus vitæ æternæ obtinerint, sed etiam vim, & virtutem meritis nostris ad idem acquirendum, & exigendum contulerint. Plura videat Lector apud Theologos, ac nominatim *Roh. Bellarmin. in Controversiis, Tom. 3.*

Refer huc quædam ex Loco de Decalogo, Justificatione, Mandato.

* Metallum.

* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Metallum vox Græca à *μετ' ἀλλας*, hoc est invectioe post alterum, quia juxta Plinium, una vena in veta, invenitur altera. Eustathius ait dictum, quod ejus investigatio fit excogitata post alia vitæ commoda, *μετὰ τὰς*, enim est inquirere, à *μετὰ τὰς*. Est autem Metallum corpus solidum, quod liquecere potest, & cum redit duret, estque solidum. Solo argento vivo excepto, quod est fluidum, & mobile. Aliquando generalius accipitur pro omni eo quod è terra eruitur.

MATERIA.

De materia metallorum variæ sunt opinioniones, è quibus maxime verisimilis est ea, quam Aristoteles tradidit, nempe metallorum materiam esse halitum humidum, intra terræ viscera, lapidibus potissimum conclusum, & ob terræ, lapidumque siccitatem, ac frigus coagulatum: ita ut quemadmodum ros, & pruina ex vapore elevato à terra, sed aeris circumsufi frigiditate addensato, fitita metalla ex vapore adhuc terræ insidentis, & prædicta frigiditate concreto generentur.

Animadvertendum est autem, Aristoteli non constituisse solū vaporem materiam metallorum, sed halitum ex vapore, & exhalatione compositum, in quo tamen prævaleat humiditas vaporis (sæpè enim hæc duo inter se miscentur, & coagmentantur) idèoque ait, metalla partim esse aquam, partim non aquam: aquam, prout concretescunt ex vapore, qui est aqueæ naturæ; nō aquam, prout coagmentantur ex sicca inspiratione. Cujus etiam permissionis argumentum est, quod metalla igniantur, & liquefiant: igniuntur enim propter siccam exhalationem, liquefunt propter vaporem humidum. Unde & ab his duobus in unam molem concretis, addensatisque gravitatem accipiunt.

CAUSA EFFICIENS.

Dicendum metalla effici virtute siderum, præsertim Solis. G Nam cum metalla sint mista, proindeque excellentioris naturæ quam elementa, in quibus efformantur, & omnes principales causa cujusque effectus aut fit eo nobilior, aut saltè in aquæ nobilis, nequeunt metalla ab elementis, ut à principe causa, effici, atque adeo oportet eis alium assignare progenitorem. Is autem quinam esse valeat, non occurrit, præter sidera, atque in iis maxime Solem, cujus vis, & influenza, omnium philosophorum consensu, rarissimè funditur, & ad similes effectus mira efficacitate omnia quoquoque verum penetrat.

Causa vero instrumentaria, quæ proximè concurrat ad generationem metallorum, est partim calor, partim frigus: calor enim, cujus est attenuate, humidam expirationem gignit, & coquit (sicuti & cæteros halitus ad Meteorologica improprios:) frigus vero; quod suoapte ingenio congregat, emendat expirationem condensat, & contipat. Quare cum metalla igni coquantur, ac liquefunt, deinde rursum concrefunt: & concoctionem, & liquefactionem præstat calor, concretionem frigus.

SPECIES VARIE.

Species metallorum ab aliis plures, ab aliis pauciores recensentur. Videntur autem inter alias de hac re opinioniones, plus habere probabilis duæ: quarum una septem numerat species, videlicet aurum, argentum, æs, ferrum, plumbum, argentum vivum, stannum: altera tantum sex, removendo stannum, propter eam, quod decernat ipsum esse indifferetam speciem duorum metallorum argenti, & plumbi. Itaque juxta hujusmodi placita, reliqua metalla aut pertinent ad has species, nec majori quam accidentario discrimine ab iis differunt: aut non sunt simplicia, sed ex pluribus speciebus constat ut electrum, quod ex auri, & argenti permissione coalescit.

Inveniuntur autem prædicta metalla in venis, nunc pura, & sincera, nunc alterius speciei metallis confusa. Et nunc quidem natura duo admiscet, ut aurum, & argentum: aliàs tria, ut aurum, argentum, & aliàs plura, idque vario pondere. Nec sola natura

A Aleyones; Aleyonei gigantis filia, cum se ob patris obitu ab Pallene promontorio in mare precipites dedissent, in aves mutatae sunt ab Amphitrite. *Cael. lib. 14. cap. 11. A. L. ex Lycophrone.*

Ceyx, Rex Trachinorum, cum se ob nobilitatem, & formam corporis Jovem, & uxorem Halcyonem Junone appellasset: Jupiter cum naufragio perire sivit. Cadaver in lincis ejectum. Eo cum viro Halcyone seipsum in mare precipitasset: hæc in avem sui nominis, ille in cerylum mutatus fuit. *Natal. Comes Mythol. lib. 7. c. 16.*

Lynx, Echus filia aut *ἠὼδος*, qui veneficiis præpeditum Jovem in Jus defideria concepit: ab irata Junone est in avitium sui nominis transmutata. *Cal. lib. 18. cap. ult. A. L.*

Harpalice Clymeni F. ejusdemque uxor, in chalcidem avem mutata. *Parthenius de Amat. c. 13. ex Euphorbione.*

Aledryon juvenis in gallum mutatus à Marte, quod in excubiis positus, ne Martis cum Venere concubitus à Sole Vulcano proderetur, ille vero idipsum somno sopitus neglexisset, ita ut ambo à Sole prodi, à Vulcano illaqueati, reliquis diis ludibrio fuerint. *Cal. lib. 16. c. 13. A. L.*

B **Cygnus**, Apollinis F. in avem sui nominis mutatus ab Apolline, cum seipsum in Canopam lacum abjecisset. *Liberalis ex Nicandri lib. 3. Alteratorum, & Aro.*

Cum **Ægyptius** Anthei F. à Trimanda vidua pecunia data impetrasset, vi ipsi ad se domum ventitanti corporis sui potestatem faceret: Neophron Trimandæ F. id agrè ferens, Ægyptii æqualis, multis donis Bulidem Ægyptii matrem pellexit, ut cum ea domum suam deducta rem haberet. Horam deinde maturè cognoscens, qua ad Timandam erat Ægyptius venturus, suam matrem domo emisit, inque ejus locum matrem Ægyptii introduxit, se ad eam reditutum simulans, Ægyptius nihil eorum, quæ machinatus erat Neophron, cognoscens, cum matre corpus miscuit, Timandæ nomine. Eum somno jam captum Bulis agnovit, arreptoque gladio filio erue, & seipsum necare statuit. Apollinis interim voluntate somno Ægyptius solvitur: intellectusque Neophronis infidius in cælum sublatis oculis, omnia secum aboleri optavit. Jupiter porro eos in aves mutavit: factique sunt Ægyptius, & Neophron, ægyptii, h. e. vultures. Bulis in mergum abiit. Timanda in parum est mutata. *Ant. Liber. in Transf.*

C **Cecylia** Alcideamantis filia, Hermochari à patre quidem jurejurando promissa, à post alteri desponsata, cum clam parente Hermochari nupsisset, in partu, propter patris perjurium decessit. Cæterum cum cadaver ad sepulchrum efferretur, columba è sandapila evolavit, corpulque mortuæ nupsiam apparuit. *Ant. Liber. ex transf. Nicand. lib. 3.*

Terambus pastor ob contemptum Pana, & conviciis affectas Nymphas in cerambicem avem mutatus. *Anton. Liberalis ex Nicandri lib. 1. de Immutatis.*

Hierax ob missa alimenta Teucris, fame à Neptuno, cui sacra non perfolerant, punitis, in accipitrem à Neptuno mutatus est. *Ant. Liberalis ex Bæi. Ornithogonia.*

Pandareus, & **Edon** uxor commiseratione Jovis in aves habitum, & aleyonem transformati sunt. *Ant. Liberalis ex Bæi Ornithogonia.*

Leucippa, **Arlippa**, & **Alcathoe** in aves, vesperilionem, ululam, & byzam à Mercurio sunt commutatae. *Idem.*

Diomedis Socii in aves conversi à Venere, seu, quod ei male dixisset Argon Diomedis socius, ut ait *Ovid. 4. Metam.* seu quod ipsa Venus, & Mars fauciat essent ad Trojam à Diomede: quod videtur verisimilius, & congruentius sententiæ *Homeri Iliad. 1.*

Oenoe puella Pygmaæ, moribus invenustis, & superbis, ob contemptum Junonis, & Dianæ in gruem mutata. *Antonius Liberalis ex Bæi lib. 2. Ornithogonia.*

Lajus, **Celeus**, **Cerberus**, & **Ægoliur**, ob ingressum in antrum Jovis apibus sacrum in Creta, & mellis futum, à Jove in aves mutati. *Idem.*

Cleins Babilonius ab Apolline cum filiis in aves mutatus ob asinorum oblationem. *Idem. ex Bæi Ornithogonia, & Simia Rhodio.*

Melaegri Sorores ob desolatam fratris mortem à Diana in aves mutatae. *Idem. ex 3. libro Nicandri de Mutationibus.*

Periphas Atticus terrigena, antequam Terræ filius Cecrops existeret, regnum in pifcos homines justè obtinuit, & templa plurima condidit Apollini. Ob excellentiam factorum ejus, honores Jovi debitos homines ad Periphantem transmu-

lerunt, Jovique Servatoris, Inspectoris, & Benigni nomine Ecoluerunt. Itaque Jupiter fuscensens, statuit totam ejus domum fulmine comburere. Apolline autem deprecante, in domum Periphantis venit, eumque cum uxore versatum offendens, utraque manu presium in aequilam commutavit: uxoremque ejus orantem, ut se quoque in avem Periphantis consuetudine utentem verteret, phanam, id est, fulicem fecit. Periphanti porro à pietate, qua inter homines præstiterat, huc honoris tribuit, utres omnium avium esset, factique, custos fulminis, & ad suum adiret folium: uxori autem Periphanti, ut avis ea ad omnes actiones hominibus secunda appareret. *Ant. Liberalis ex Bæi Ornithogonia.*

Quadrupeda.

Io à Jove in vaccam mutata: ne à Junone agnosci posset, eorumque adulterium patefieret. *Nat. Comes Myth. lib. 8. c. 18.*

Lycæon Arcadiæ Rex in lupum mutatus dicitur, quia hospites mactasset. Alii Lycæonem lycanthropia morbo correptum fabula locum dedisse autumant, quo affecti, Februario mense noctu exeunt, in cunctis imitati lupos.

Callisto, Lycæonis Arcadum Regis filia unica, cum fratres haberet 26. à Jove compressa, à Junone in ursam conversa fuit, & tandem fugit à Diana confixa, cum puerum Arcadem peperisset, à quo Arcadia regio dicta, quæ prius Pelagia. *Pausanias in Arcadiis.*

Hecuba Priami Regis uxor, everfa Troja captiva abducta, in canem mutata fingitur. Extat adhuc tumulus illius, Cynoscema dictus, five ex figura canis, five ex fortuna humili, in quam deciderat, nomine accepto. *Mela. Ovid. Metam. 6. Calaber 1. & 14. Gellius lib. 20. cap. 6. Euripides in Hecuba. Palæphatus in Niobe.* Plautus Hecubam canem propter maledicentiam appellatam autumat.

Atalanta, & **Hippomenes** in leones mutati ob concubitus in templo Magnæ matris. *Natal. Comes Mythol. lib. 1. cap. 8. ex lib. 10. Metam. Ovidii.*

Teridates Armenie princeps, Gregorium Magnum post multa tormenta in antrum cœnoso, & obscurum per annos 14. inclusit, tempore Constantini. Tandem verò cum suis optimatibus in porcos mutatus, se mutuo devorant. *Nicephorus lib. 8. cap. 35.*

Pifces.

Apollon. Rhodius, seu **Naucrates**, in **Naucrates** comparat. **G** Pompilius scribit hominem primum fuisse, ac propter quendam Apollinis amorem in piscem fuisse mutatum. Ocyrrhoen enim Samiam virginem Apollinem ajunt rapere conatum fuisse. Quæ cum per festum quoddam Dianæ in Miletum aufugisset, ac ibi esset rapienda, Pompilius quendam piscatorem patrium amicum oravit, ut patriam eam tutam reduceret. Pollicitus est ille: & ubi eam ad litus deduxit, Apollinem apparuisse ferunt, puellamque rapuisse, navimque in lapidem vertisse, & Pompilius in piscem transmutasse, comitem marinum velocium navium. *Athen. lib. 7. c. 6.*

Semiramidem deæ eujusdam Derecto fuisse filiam, fabulosa prodit historia. Ejus templum fuit ad Afealonem Syriæ civitatem, apud stagnum pifcibus plenum. Eandem Pli-nius prodigiosam vocat Atergatim, quod esset facie hominis, at corporis reliqua in piscem desinerent. Ferunt, Venerem factam deæ illi obviam quandoque adolescentis speciosi amorem injecisse: cui permixta Derecto filiam conceperit quam pudore ducta mater, in desertis locis, ubi aves ferunt plurimæ, exposuerit: quæ connutrita puella, causam etiam nominis fecerunt: quippe Syrorum lingua, Semiramis avitium signat. At enim dolore percita Derecto ex facti turpitudine, in lacum se precipitem dedit, deformatamque in piscem est: quo nomine pifcium absentia sanctissime à populis illis colebatur. Et hinc Atergatis quoque nuncupata, quoniam illarum gentium vocabulis, ater privationem dicit, & gatis piscem. Nam & lib. 16. Strabo audor est, Atergatim à Barbaris dici, quæ sit Athara, quàmque Cretas vocat Derecto. At Cornutus eadem cum Rhea esse putat. *Cælius lib. 23. c. 5. A. L.*

Latona cum in Aferia insula Apollinem, & Dianam peperisset, in Lyciam venit, infantes ad layæra Xanthi apportans. Et primum in Melitem montem incidit: statuique ibi abluere infantes, antequam ad Xanthum pertransiret. Sed pulsa fuit inde à Pastoribus, qui eò potum boves egerant. Reversa autem à Xantho, cum adhuc pastores ad fontem invenisset, universos in ranas cœverit. *Ant. Liberalis ex Mela. c. 1. Xanthi Lycia*

A **Lycides**, & **Nicandro**. **Ovidius** in **Metamorphosis** Rusticos Latonam iridentes in ranas conversos scribit.

Serpentes.

Cadmus post multas filiarum nepotumque suorum calamitates, subrogato in regnum Pentheo Agaves, & Echionis filio, relicti Thebis, ad Encheleionem cum Harmonia conjuge commigravit. Illi cum ab Illyriis bello infestarentur, responsum tulerunt, futuram penes ipos victoriam, si Cadmum, & Harmoniam duces haberent: nam Cadmus, & Harmonia apud Drilonis ripas habitabant, qui Illyrios à Liburnis disternat. Igitur Cadmus Illyriorum regno positus, aliquandiu feliciter egit: deinde paulò post in draconem & ipse, & uxor mutati, à Jove in campos Elysijs dimissi sunt. *Dionysius in lib. de seu Orbis. Natalis Comes Mythol. lib. 9. cap. 14.*

Nicandri interpret tradit, Abantem, Metanire F. à Cerere in laeertum, feu ascalabum, seu ascalabotem, ab Atticis galeotem dictum, conversum esse, quod à matre susceptam hospitio molestè tulisset, & rem divinam honori illius institutam irrisisset. *Cælius lib. 19. cap. 4. A. L. in fæda.*

Aurora Tithono Laomedonis F. rapto, à Paris immortalitate impetravit: Sed cum oblitus fuisset petere etiam ne feneferet, Tithonus ad tantam venisse feneferum dicitur, ut infantulorum more in cunis agitur quiesceret. Tandem in cicadam conversus: quæ mutatis prioribus exuviis licet senio confectæ, non occidit, sed juvenescunt. Hanc fabulam attigit *Horat. lib. 2. Carminum.*

Longa Tithonum manui feneferem.

Illud autem passus creditur propter dolorem, quem audita Memnonis filii morte percipit: nam tanquam exolaturus ad videndum filium brachia conessit, atque alæ tum primum illi natae dicuntur. Hanc rem qui ad historiam traducere conantur, dicunt Tithonum ex Oriente uxorem duxisse: è qua cum præditos suscepisset filios, ad tantam pervenit feneferum, ut in cunis agitur domi infantum more. Darusque est fabule locus, quod Aurora illum amaverit, ob temperem Orientium locorum, qui illa, & maritum immortalem prope fecerunt. Quod in cicadam fuerit conversus, quid aliud est, quàm senilis garrulitas, & loquacitas? Cum enim morosi sint senes, cum gloriosi, & temporis præteriti semper laudatores, contemptoreque præsentis, cummodò Nestorem finxit *Homerus. Nat. Comes Mythol. lib. 6. cap. 4.*

C **Fertur** natis Musis, cantumque monitrato, quosdam homines voluptate cantus usque adco delinatos fuisse, ut canentes cibum potumque negligentes imprudenter perierint: ex quibus deinceps cicadaram genus fit propagatum: cuius hoc nactum à Musis, ut alimonia non indigat, sed absque cibo, & potu semper vivat, postea verò ad Musas proficiscatur, quàm quis hic Musam colat, renunciaturum. *Cælius lib. 17. cap. 6. A. L.*

IN VEGETATA.

Menthum, five **mintham**, tradit *Oppianus* interpres *ἄνωρι χῶρ* tertio, à **Mintha**, quæ Nympha fuerit, appellatum videri, **Cocytii** filia, quæ ubi inaudisset, amari à Platone **Proserpinam**, indignata eo nomine, constant illi se præponere ausa est: distans, si inferos peteret, inimiciter infestaturam. Quo puella tumore commotior **Ceres**, **Persephones** mater. **Mintham** esculcans, è *πῶ τὸν ἄνθρωπον βορέϊον ἄνθρωπον*, id est, in malam deformavit herbam hujusmodi. Ex qua fabella *Oppianus* mintham vocavit *κακὴν τὴν ἄνθρωπον*. *Cælius lib. 10. cap. 22. A. L.*

Pueri **Mesapiorum**, ob contemptas Nympharum **Epimele** choreas, in arbores à Nymphis mutati sunt. *Antonius Liberalis ex lib. 2. Alteratorum Nicandri.*

Daphne apud **Poetas** in laurum, **Myrrha** in arborem sibi cognominem.

Pityn puellam scribit **Græci** à **Borea** saxo allisam, quod in amorem Panos foret proclivior, terraque miserante in arborem sui nominis deformatam. Proinde **Pana** hinc coronam gestare, quin afflante **Borea** etiam fere. Id quod **Georgicon** undecimo compariat. *Cælius lib. 25. cap. 2. A. L.*

Eteoclis fabulantur **Filias**, in deorum honorem saltantes, in puteum prolapsas, à terra miserante in cupressos conversas esse. *Cælius lib. 25. cap. 2. A. L.*

Smyrna, **Thejanis** F. cum ob ignis metum abortum, quem ex patre fulborante nutrice clam conceperat, edidisset, sublatique manibus oppressa, ut neque vivis neque mortuis sibi interesse daretur: à Jove in arborem mutata est cognominem **L. B. vit. Haman. Theat. Tom. V.**

Antonius Liberalis in **Metamorphosis** **Ovidii** lib. 10. **Metamorphosis** **Æ** **Natalis** **Comes** **Mythol.** lib. 5. cap. 16.

Tryphon lib. **Historiarum** secundo, **Dorionem** scribit in **Georgicis** causam ficus appellacionis reddere, qui **Sycam** quendam ex **Titanibus** commemorat, **Jovis** insequenti iras fugientem, à **Terra** matre fuisse receptum: quæ plantam postea in pueri memoriam emisit: unde & civitas quadam **Cilicis** **Sycea** nuncupatur. At eam **Pherenicus** poeta à **Syce** Oxylii fore appellatam fuisse contendit: nam **Oxylum** Oxylii cum **Hamadryade** fore concubuisse scribit, quæ inter alia nucem, glandem, cornum, oreum, alnum, ultum, vitem, ficumque peperit: hæcque omnia postea **Hamadryadas** nominavit, à quibus multa arbores nomen assumperunt. Hinc etiam **Hippoxan** nigram ficum vitis esse forem dicit. *Asben. lib. 3. cap. 3.*

IN INANIMATA. IN

Flumina.

Selennus adolescens amabatur ab **Argyra** Nympha, dum formæ durabat elegancia, cum quo è mari nympha subnatans in fluminis alveo cubare solebat. At deflorescente forma, accessit etiam virginis desit. Unde contabuisse puerum ajunt, & à **Venere** in anmem mutatum. *Pausan. in Achaïis.*

Ferunt, cum **Alphæus** venator **Arcthusæ** amore captus esset, & illa nuptias ejus averfata in Siciliam fugisset, ambos in aquam commutatos esse. *Pausanias lib. 5.*

Fontes.

Pyrene Nympha ob nimium luctum in fontem sui nominis conversa fingitur.

Montes.

Cum **Perseus** abscessum **Medusæ** caput reportaret, peteretque ab **Atlante** hospitium, rejectus fuit ab eo. **Perseus** ostentus ipsi **Medusæ** capite, **Atlantem** in montem sui nominis mutavit. *Natalis Comes Mythol. lib. 4. cap. 7.*

Saxa.

Niobe, **Amphionis** **Thebani** Regis uxor, xiv. liberis superbiens, seque numero filiorum **Latonæ** præferens, ira **Latonæ** omnes liberos amisit, & tandem præ mœre in saxum commutata. *Ovid. lib. 6. Metamorphosis. 19. Erasmus in Adagio, Niobes dolores.*

Cragalus **Driopis** F. ob **Ambraciam** urbem **Herculi** adversus **Apollinem**, & **Dianam** adjudicatum, in saxum mutatus **G** est. *Anton. Liberalis in Metamorphosis.*

Memoria proditum est, **Jodamian**, **Minervæ** **Itonis** in **Beocia** sacerdotium gerentem, noctu intra sacrum templi sepepe venisse: **Minervam** se ei obtulisse cum palla, in qua **Medusæ** **Gorgonis** caput inerat. Eo conspecto, statim **Jodamian** in lapidem obriguisset: eamque ob rem mulierem quotidie ad **Jodamian** aram ignem apponentem, ter **Beotorum** voce effari **Jodamen** vivere, ignem sibi deposcere. *Pausan. in Beoticis.*

Venus diis irata, quod passi fuissent ipsam cum **Marte** à **Vulcano** in rete ligari, in sylvas **Caucasias** se abdidit ob pudorem. Dii omnes cum frustra eam diu quæsisset, **Anus** locum, ubi latebat **Venus**, à **Deo** interrogata indicavit. Quare illam **Venus** in saxum mutavit. *Lycophron: ἢ πικρὰν ἄνθρωπον μαρμαρινὸν δῖον. Anunque factam marmor ipsam frigidum Natalis Comes Mythol. lib. 6. cap. 12.*

Pandareus **Meropis** F. ob furatum è templo **Cretensi** aurei canem à **Jove** in saxum mutatus fuit. *Ant. Liberalis in Metam.*

Dyctem piscatorem **Seriphium** arcam adduxisset reibus **tra-H** dunt, in qua **Perseus** cum matre **Danae** expositus tenebatur, cum pater **Danae** **Acrisius** utrumque abjecisset in mare. Ista in insula educatus fuit **Perseus**, qui cum caput **Gorgonis** allatum **Seriphis** ostendisset, universos utrumque in lapides, idque in matris ultionem, quia illis adjuvoribus **Seriphi** **Rex Polydeces** per vim illam in uxorem acceperat. Fabulæ locum dedit insula **saxosa** existens. *Strabo lib. 10.*

Cum **Mercurius** aliquot armenta **bovm** **Apollini** abegisset, & accepto silentii juramento à **Batto**, in spelunca **Priomis** ad **Coryphasium** abdidisset: ad **Battum** mutata forma revertitur, periculum facturus, an ipse juramentum servaturus esset. Data ergo mercedis loco **chlana**, percontatur ane futurus boves præteragi vidisset? Ibi **Battus** **chlana** accepta indicium facit de bobus. **Mercurius** bilinguem eum esse indignè ferens, ad baculo in saxum commutat. *Anton. Liberalis ex Hesiodi magnus Eois, & Didymarchi lib. Metam. 3.*

A Arifnoe Niocrotis Salaminiorum regis F. in faxum muta- tur quodannis semel linguli ad aliquot dies effici lupi, & rufus in pristinum habitum redire. Herod. lib. 4. Bonif. lib. 1. Deo. 1. Nervos vocat.

Statuas falis.

Uxor Loth, conflagrament patriam curiosè respiciens contra Angelorum edictum in statuum falis conversa est. Genes. cap. 19.

* Idque in monumentum quoddam inobedientia, atque incredulitatis illius, simulque iustitia, ac vindicta divina. Mansit autem ea statua usque ad tempora Iosephi, ejusque meminit Borcharas in descript. Terræ sanctæ par. 1. cap. 7. Somniant autem Judæorum Rabbinii, dum afferunt id eò hanc metamorphosin factam à Deo, quod uxor Loth in odium hospitalitatis recusasset, pridè apponere falem marito prandenti cum viris qui ad eum venerant. Melius Aug. 1. 16. Civit. c. 30. Qui eam in statuum falis conversam affimat, ut hominibus praberet condimentum, quo fapiant aliquid, quo illud caveatur exemplum. Illud utrum docuit Saluator, Lucæ cap. 9. Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, servus est regno Dei: id eoque alio loco, Lucæ cap. 17. dicit, Memores estote uxoris Loth. Videatur Rupertus lib. 6. cap. 10. Comment. in Genes.

Anno 1348. octavo calendæ Februarii, in Norico, quâ Pannonia, Illyrico, Dalmaticæ, Carnis, Histriaque continuatur, maximis terræ motus exortus, continuè durabat, nec ante dies quadraginta sistebatur, varièque terra quatiebatur, miraque edebantur operas: Moravia, Bavaria superior sensit: sex, atque viginti urbes, & castella profrastra esse, in acta ejus anni relatum est. Homines cum pecoribus interierunt, menia, templa, ædes subverfa sunt, totæ urbes corruerunt, montes abrupti cladem insuper eam auxere. Nam duo montes concurrerunt, uribus devoratis, agrorumque tractu hausto, villa clifæ, animalia pernulta, quæ intra fuerant, exanimata sunt. Hiatus subsecutus partim remansit, partim cuncta forbit, ita in ducto solo, ut nulla vestigia extarent. Quinquaginta amplius Homines, Russias item mulgentes cum vaccis extinctas diriguiffe, & corpora à spiritu terreno in salarias statuas redactas apud Charinos: hæcque simulachra sibi, & Cancellario Austriaco conspèda esse, refert Conradus de Magdenburg, illius avi C. Mathemat. teste Joan. lib. 7. Annal. Bojorum.

FORMA HOMINIS MUTATA.

Metamorphosis, seu transformatio humane formæ in quamvis aliam inferiorem, sive humane per functiones humanas sese exerentis ablationem specles, ad locum Mortis pertinet. Sin vero simplicem formæ mutationem perpendas, quam vel propria voluntate vel magica libidine mutat, hujus erat loci. Inter Magica miracula titulus quoque recensetur, Formæ mutatio, Nempè quod illic Efficientis, hic Patientis habetur ratio.

IN SAXA.

Cùm Apollo, & Diana Nobiles filios interemissent: Jupiter omnes Homines in lapides per novem dies convertit, ac decimo die priori formæ restituentis permisit, ut illi sepelirentur. Natalis Comes Mythol. lib. 6. cap. 13.

IN BRUTA.

D Evanthes inter auctores Græciæ celebris, tradit, Arcadas scribere, ex gente Antæi cujusdam forte familie lectum ad stagnum quoddam regionis ejus duci, vestitumque in quercu suspensum tranare, atque abire in deserta, transfigurarique in lupum, & cum cæteris ejusdem generis congregari per annos novem. Quo in tempore si homine se abstinerit, reverti ad idem stagnum, & eum tranaverit, effugiem recipere, ac pristinum habitum, addito novem annorum senio, ait quoque Fabius, eandem recipere vestem. Mirum est, quò procedat Græciæ credulitas. Nullum tam impudens mendacium est, ut teste careat. Itaque Agricopas, qui Olympionicas scripsit, narra, Demænetum Pharrhatium in sacrificio, quod Arcades Jovi Lycoæ humana etiam tum hostia faciebant immolati pueri extra degustasse, & in lupum convertisse eundem decimo anno restitutum athleticæ, certasse in pugilatu, victoremque Olympiæ reverfium. Plin. lib. 8. cap. 22. Aug. lib. 18. de Civit. Dei, c. 16. ex Varrone.

Neuri Scythiæ populi, fontium Borythenis accosæ, feruntur quotannis semel linguli ad aliquot dies effici lupi, & rufus in pristinum habitum redire. Herod. lib. 4. Bonif. lib. 1. Deo. 1. Nervos vocat.

Vincetius lib. 16. Hist. scribit in pudicam scemnam, in quam amore vesano exarferat Ægyptius quidam, à malefico in equam versam, & à D. Macario Ægyptio eremita restitutam.

Refert Vincent. in Spec. nat. lib. 3. c. 109. & Gulielmus Mal. mesburienfis monachus, in sua historia, tempore Petri Damiani fuisse duas vetulas in via publica, quâ Romam itur, quales Aug. lib. 18. de Civit. Dei, c. 8. appellat stabularias, id est, transeuntes ad hospitia pro mercede suscipientes (nam stabulum propriè hospitium venale, & publicum dicitur) quæ in uno commorantes rugurto, una quoque arte malefica imbutæ fuerunt, vel asinum mutabant, & certo precio mercatoribus vendebant. Quodam die Juvencem histronis gesticulationibus vitium exigentem, hospitio exceperunt, & in asinum verterunt, multum eo lucrificantes, qui gestuum miraculo discerneret, transcentes: nam ad anus mandatum, nutumque quocunque movebatur: non enim illi intellectus perierat, sed loquela. Ingentem inde questum fecerat vetula. Quo cognito, vicinus carè asinum redemit. Cautio nam hæc à mulieribus adhibita est, ut custodiatur, ne in athen defendere. Servatus diu ab aqua, & tandem incautiorem nactus custodem, in lacum proximum se conjecit: ibi se aliquandiu volans, propriè restituit formæ. Cumque ab eodem ovibus sciscitaretur ejus cunctos, num asinum vidisset: ille se esse respondit. Famulus ad herum retulit herus ad Leonem Pp. sanctissimum. Convicta anus idem fatetur. Dubitantem Papam confirmavit Petrus Damianus, vir eruditiss. prolato exemplo de Simone mago, qui suam Faustianam imaginem impreferat.

Quidam nomine Præstantius inquit D. Augustinus loco paulo ante citato Patri suo contigisse indicabat, ut venenum illud per caseum in domo sua à stabulariis illis mulierculis exhibitum sumeret, & jaceret in lecto suo quasi dormiens, qui tamen nullo modo poterat excitari. Post aliquot autem dies G. tunc velut evigilasse dicebat, & quasi somnia enarrasse, quæ passus esset caballum scilicet factum, annonam inter alia jumenta bajulasse militibus, quæ dicitur recta, quoniam ad recta deportatur. Quod ita ut narravit, factum fuisse, competum est: quæ tamen ei sua somnia videbantur.

Lucianus in Thefsaliam profectus, ut magicas artes disceret, in hospitium forte divertit, ubi mulier se unguento illiens in corvum mutabatur. Lucianus eodem linimento se volens jungere, in aliud errorem incidit, quo undens vertitur in asinum. Inductus autem in theatrum variis conspersum herbis, ex ancillæ insinuatione pro rostrum e sum restituitur. Id opus sic Latinum fecit Apulejus, ut ad verbum expresserit pleraque omnia, additis plurimis, quò incundior esset lectio, quæ Milesis fabulis defleat, & condivie sua illa partem antiquaria, partim nimis audaciter novata didicæ, rem alioqui futuram subinsulam, atque substatum. Lud. vires lib. 18. Aug. de Civit. Dei, cap. 18.

CORPORIS TOTIUS PILI HIRsutIES.

Notum est illud Ovidii de Viris: Barbæ viros, birsæque decet in corpore setæ. C. Caligula fuit capillo raro, ad circa verticem nullo, hirsutus cætera. Quare transeunte eo, prospicere ex superiore parte, ut omnino, quæcunque de causâ, capram nominat, crininosum, & exitiale habebatur. Suet. in Caligula.

SEXUS.

DISTINCTUS, seu MUTATUS.

De mutatione puellaram feminarum in masculos, legimus apud Hippocratem lib. 6. Epidem. sect. 8. Plinium lib. 7. cap. 4. Gell. lib. 9. cap. 4. & Amatium Lufitanum Cent. 2. curatione 29. Exat de iisdem Aufonii epigramma.

Hefodus, Dicæarchus, Clitarchus, Gallimachus, alique nonnulli narrant, Tiresiam Eumaris F. in Arcadia, cum esset mas in monte Cyllene, serpentum, quos coire videbat, alterum vulnerasse: illicoque mutato, se in feminam mutatum esse, ac cum viro concubuisse. Monitum autem oraculo Apollinis, ut cum coeantes serpentes iterum deprehendisset, alterum itidem faciaret, ita enim pristinum sexum rediturum, observata

A observata oportunitate, consilium Dei fuisse executum, & itaque recuperasse pristinam naturam. Porro Jove cum Junone altercate, illoque contentende, plus voluptatis è re venera feminas percipere quàm viros, Junone contrarium assente: placuisse, ut accitus ea de re pronuntiaret Tiresias, utpote utrunque sexum expertus. Hunc interrogatum respondisse: decem in partes voluptate ista divisa, unam viro, novem mulieri obtingere. Junonem iratam, cum oculis confosiss excecasse. Jovem ei vaticinandi artem dono dedisse, & vitam vii seculorum. Phlegon. de Mirab.

Idem perhibent, apud Lapithas Elato regi filiam fuisse, nomine Cænidem: cum hac Neptunum congressum, promississe, facturum se ei quocunque vellent: ipsam petuisse, ut ab eo in virum mutaretur, fieretque invulnerabilis: præstisse illi Neptunum, nonnemque viro Cæneus factum. Phlegon. & Ovidius lib. 11. Metamorph.

Filia Euriidii Spartonis Galatæ, Phæthi nupti Lampro Pandionis F. viro natalibus non obscuris, sed inopi. Is cum uxor gravida esset, voto masculum sibi prolem expectens, edixit mulieri, si filiam peperisset, uti ne eam tolleret: simul ad oves pascedas digressus: Galatæ filiam partu edidit, & misera infantis, solitudinemque familiaris reputans, infomniis adspulstantibus, & ariolis pro filio eam educare jubentibus, Lampro decepti, filium se enixam professa: puellamque nomine Leucippi donatam, tamquam filius esset, nutrivit. Cum adolevisset puella, & ineffabili esset pulchritudine, metuens sibi à marito Galatæ, cum res diutius regi non posset, in sanum Latonæ confugit: multique adeo precibus contendit, si filia in marem mutari posset. Hypermeltra vendita pro muliere invenit precium: cum autem virum in virum esset mutata, alimenta Æthioni patris attulit, Cretenfis quoque Sibroeta mutatus est, cum inter venandum lavantem vidisset Minervam. Latona continenter lamentantem, & deprecantem miserata est Galatæm, puellamque in puerum mutavit. Hujus mutationis etiamnum Phæthi meminere, Latonæque Phytia sacrificant, quòd vultu puella creaverint, festinque Ecdyfia appellant, quòd plepulum puella exuerit. Ator. Liberalis ex Nicandri lib. 2. Alterarum.

Antiochia, quæ est ad Maandrum flum. sita, homo mixto sexu, quem A androgynum appellavit, fuit, præside Athenis Antipatro Romæ M. Vinitio, & T. Statilio Tauro, cui Corbilibi cognomen fuit, Coq. centum Virgo quædam parentibus nata illuftribus, cum annorum esset XIII. multis procis petita ob pulchritudinem, postquam de parentum sententia desponsata est, nuptiarum die appetente domo processura, subito dolore vehementissimo correpta exclamavit. Domestici eam redudam in ades ita curaverunt, ut quæ doloribus ventris, & convulsionibus intestinorum laboraret. Verum dolore per triduum continuo permanente, cum omnes ejus urbis medici nullam affectus causam invenirent, quæ incidit sub auro ram intendentibus se acris doloribus, puellæque magno cum ejulatu exclamante, subito virilia prodierunt, ac è virgine vir est factus. Qui alquanto post Romam fuit ad Claudium Cæsarem adductus; atque hic, Prodigii istius causa, in Capitolio Jovi Averrunco aram posuit. Alius virg. Androgynus Mevania, quæ est urbs Italia, in diversorio Agrippinæ Augustæ, præside Athenis Dionysiodoro, Romæ D. Junio Syllano Torquato, & Q. Aferio Anton. Cof. Nam virgo quædam Smyrnæ nata, Philotis nomine, cum matura viro nuptum tradita esset à parentibus, masculino enato membro in virum abiit. Eodemque tempore Epidauri alius fuit androgynus, natus inopibus parentibus, cui nomen prius erat Sympherula: in virum autem mutatus, Sympheron cepit vocari, vitamque colendis hortis trivit. Quin & Laodicea, quæ est in Syria, mulier Æteta nomine, etiamnum cum marito degens, è femina vir exitit, cui nomen Ætetus: præside Athenis Macrino: Romæ consulatum gerentibus L. Lamia, & Eliano vetere. Hunc ipse quoque Phlegon. Trallianus Adriani liberus lib. de Mirab. & long. ævivi se vidisse scribit.

Invenimus ab annalibus, P. Licinio Craffo, C. Cassio Longino Cof. Cassini Puertum factum ex virgine sub parentibus, iussuque auspicio deportatum in insulam desertam. Licinius Mutianus prodidit vitam à fe Argis Arelconstem, cui nomen Arelcufæ fuisse, mississe etiam, mox barbam, & virilitatem provenisse, uxoremque duxisse. Ejusdem fortis & Smyrnæ puerum à fe virum. Plinius fe in Africa vidisse narrat mutatum in marem nuptiarum die L. Coflicium civem Tifdritanum. Plin. lib. 7. cap. 4.

L. B. vit. Human. Theat. Tom. V.

Livius secundi belli Punici tempore tradit, Q. Fabio Maximo, & M. Claudio Marcello Cof. Virum ex muliere Spoleti factus. Hippoc. autem scribit lib. 6. Epidem. par. 8. apbor. 45. Phæthæ cuiusdam Pythæi uxori corpus virile, & in universum hirsutum, & pilosum fuisse reddidit, barbamque eam emississe, vocem item asperam fuisse effectam. Quod ipsum etiam Namyfæ Gorgippi uxori in Thalo evenisse, subiungit.

Neapoli regnante Ferdinando I. cum Ludovicus Guarna, Salernitanus civis, quique filias suscepisset, quarum natu majoribus duabus alteris Franciscæ, Carole alteri erat nomen: posteaquam ad quinquaginta annorum pervenerunt, ambabus genitalia membra in marium morem creperunt: mutatoque habitu pro maribus habiti sunt. Franciscus, & Carolus nuncupati. Item Ebuli sub eodem Rege, Puellæ, quæ jam quatuor annos viro promissa sponsæ habuerat nomen, qua nocte primùm viro tradita cum eo cubuit, sive ex confectione, sive ob aliam causam, quæ ignota fit, effactis membranis, quæ ut mulier videretur, efficebant, virilia membra prodierunt: dumque reverfa, in judicio dotem repetivit, in virorum numero postea habita. Fulg. lib. 1. cap. 6.

In oppido Elguerra, novem leucis à Conymbrica, nobili apud Lusitanos civitate, puella quædam genere nobilis erat, cui nomen (si rectè memini) Maria Pacheca erat: quæ cum ad ætatem pervenisset, in qua mulieres primùm mensuram emittente solent, vice mensuram priapum usque ad id tempus intus latentem extrajeceit. Et sic ex femina factus est masculus: & virili toga indutus, ac sacra aqua resperfus, Manuel fuit vocatus. Qui ad Indos proveniens, & dives, ac clarus factus, postea ad suos rediit, & uxorem duxit. Sed an liberorū generit, non satis competum habeo. Conficium tamen sumus, imberber hunc semper mansisse, inquit Amatius Lufitanus consult. med. cunctaria. 2. curat. 39.

CONFUSUS. ANDROGYNI, HERMAPHRODITI.

Anno sal. 1461. in urbe Lythquo Scotiæ Androgyna herilem filiam, in eodem lecto cubantem, gravidam fecit. A matronis simplicem puellam sic deceptam esse indignantis accusata, viva tumulata est. H. Boetius lib. 8.

ÆTAS MUTATA.

Fuerunt, qui dixerunt, Jasonem senescentem ab ipsa Medea coctum juventuti fuisse restitutum, ut scripsit Phætydes, & Simonides Poeta, & Lycophron. Quòd Ælon præterea Jasonis pater fuit à Medea coctus, & juvenitū restitutus, scripsit is Poeta, qui Reditus composuit. Eschilus in Bacchi nutricibus, nutrices ipsas Bacchi unâ cum illis coctas fuisse inquit, & ita ab eodem juvenitū restitutas. Natalis Comes Mythol. lib. 6. c. 8.

PROPAGATA.

Nicardes in Thèriacis, tradit: Homines, ad quos signem Prometheus detulerat, furtum Jovi indicasse: E jusque rei premium perpetuam juventutem à Jove impetrasse. Natal. Comes Mythol. lib. 4. cap. 6.

* Metaphysica.

* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Metaphysica ita dicta, quasi post, vel ut alii, supra naturalia, quia post cognitionem rerum naturalium, eorum, circa quæ versatur Metaphysica, noticiam tanquam in altiore naturæ gradu adipiscimur. Estque propriè dicta scientia, ut docet Aristoteles 1. 4. Metaphysicæ c. 1. quia, inquit, datur scientia, quæ considerat ens ut ens, nulla autem alia hoc facit præter metaphysicam. Omnes enim scientiæ particulares versantur circa aliquod inferius ens, tanquam objectum ad aquatum. Finis autem metaphysicæ est contemplatio, unde & speculativis scientiis annumeratur.

* VARIA ILLIUS NOMINA.

Præter nomen Metaphysicæ, aliud ab Aristotele accepit, nempe Prima Philosophia. Est enim postissima Philosophia pars, hinc & per antonomasiam absque addito Philosophia appellatur.

Vocatur quoque Theologia, quia differit de Deo non ex principiis divinitus revelatis, sed ex iis, quæ naturali lumine sciuntur.

Dicitur insuper Sapia 1. 1. c. Metaphysica, quia altissima rerum causas tractat.

Quin 1. c. 7. cam Aristoteles vocat dominam omnium sententiarum.